LVCIANI SAMOSATENSIS

CHARON

SIVE

CONTEMPLANTES

IN VSVM SCHOLARVM

TEXTV PASSIM EMENDATO ADNOTATIONIBVSQVE SVBIECTIS

EDIDIT

IOHANNES THEOPHILVS LEHMANN

A. A. L. L. MAGISTER, GYMNAS. LVCCAVIENS. CONRECTOR

ADDITA ETIAM

SCHOLIA COD. VOSSIANI ET PARIS

CVM

NOTIS ERVDITORVM VIRORVM, NEC NON INDEX VERBORVM NOMINVMQVE AD PROPOSITVM ACCOMMODATVS.

LIPSIAE

APVD IOHANNEM AMBROSIVM BARTH

1811.

VIRO

MAGNIFICO, ILLVSTRI

CELEBERRIMO

CHRISTIANO DANIELI BECKIO

REGI SAXONIAE A CONSILIIS AVLICIS, PROFESSORI LL. GG. ET L.L. PVBLICO LIPSIENSI ETC.

LVMINI AC DECORI PATRIAE

PRAECEPTORI AC FAVTORI SVO

SVMME VENERANDO

ITEM

SEMINARII PHILOLOGICI

SVB EIVS PRAESIDIO FLORENTIS

SODALIBVS CLARISSIMIS

HANC QVALEMCVNQVE

CHARONIS EDITIONEM

D. D. D.

EDITOR

IVDICATVRIS.

Inter eos ſcriptores proſaicos, qui Attica venuſtate commendantur, vix eſt, qui cum maiori utilitate et voluptate tironibus ſtudioſis explicari queat, quam Lucianus Samoſatenſis. Id intelligunt, opinor, omnes, quibus eligendus unquam e tanto numero ſcriptorum unus fuit, qui in iſtum

finem legeretur. Nam, ut ab hiſtoricis incipiam, neque Herodoti, neque Xenophontis, nec Thucydidis, nec Polybii, nec Plutarchi, neque Arriani, nec ceterorum, volumina id efficere poſſunt, ut levitas et inconſtantia puerilis iis diu inhaerere velit. Et excerpta eorum tradere et chreſtomathias, quas dicunt hiſtoricas, neſcio an minori etiam eiusmodi pueris utilitati fuerit. De oratoribus porro Graecis, quantumvis elegantiſſimis et laudatiſſimis, hoc quidem in loco ſermo eſſe non poteſt. Philoſophici autem libri, qui vulgo praedicantur et commendantur, non omnino praeſtant ea, quae in prima puerorum educatione deſideres. Nam Plato primum ſublimior ſaepenumero et difficilior intellectu eſt, quam cuius ſententiae ab immaturis homuncionibus capi penitus poſſint. Ne Sympoſium quidem eius excipiam. Xenophontis ſcripta philoſophica, uno Sympoſio forſitan et Hierone exceptis, non facile ac-

commodata ſunt ingenio puerili, quod quidem reſpuit disputationes et colloquia triſtium philoſophorum. Eadem de cauſa Aeſchinis Socratici, cui quidem vulgo adſcripti ſunt, dialogi tres, Cebetis tabula, et Epicteti Enchiridion, quamquam in ſcholis non raro legi ſolita, reiicienda videntur. Theophraſti vero morum deſcriptiones, licet per ſe non iniucundae et inutiles, varietate tamen orationis prorſus carent, adeo, ut certe non eo conſilio legi poſſint, ut interiores linguae Atticae virtutes et veneres ſentiantur atque cognoſcantur. Quod denique ad mythographos attinet, et variarum hiſtoriarum ſcriptores, quorum lectio ſemper mirifice placuit tironum magiſtris, Palaephatus primum ieiunior eſt et frigidior pro puerorum fervore et alacritate. Aeſopi fabulae non ſine delectatione et utilitate leguntur; ſed ſeriores, atque adeo peiores, immixtae ſunt antiquioribus, iisque praeſtantioribus, ita, ut magiſtro opus ſit Graece

doctiſſimo, (quibus quidem hodie non abundamus,) qui has ab illis ſeiungere, harumque linguam prae ea, quae in illis reperitur, commendare diſcipulis ſciat. Apollodori bibliotheca ad mythos antiquiſſimos diſcendos utiliſſimus liber eſt, verum nullo modo cum iis legendus, quos Attica elegantia imbui velis. Eos denique, qui varias hiſtorias ſcripſerunt, Aelianum, Polyaenum, Athenaeum, Stobaeum, et alios, cum propter hanc ipſam cauſam, tum ideo quoque, damnandos cenſeo, quod in rebus narrandis nec certam ſequuntur temporum rationem, nec conſtanti et eodem ſemper ſtilo utuntur.

Quae quum ita ſint, inopia bonorum proſaicorum auctorum, qui cum tironibus legantur, maior profecto eſt, quam vulgo creditur. At quum nullus ſit eorum omnium, quos commemoravimus, qui non ab una certe, aliave, parte probari debeat:

ab omnibus tamen partibus qui ſcholarum deſideriis ſatisfaciat, nullus eſt, niſi Lucianus. Sive enim ingenii eius acumen et vigorem, ſive rerum tractatarum varietatem et ſuavitatem, ſive dictorum facetias et ſales, ſive denique orationis vere Atticam gratiam et elegantiam, reſpicias: haec ſingula nusquam ſic, ut in Luciani ſcriptis, coniuncta inveniuntur. Et iure Wielandius dicit: qui hunc legens oscitet, eum vel in Veneris ipſius ſinu dormire poſſe. Hoc autem illud eſt, quod facit, ut illi Graecam linguam non inviti, ſed lubentes, diſcere, et Graecorum libros non abiicere, ſed iterum iterumque legere, velint. Non dico vero, omnia ac ſingula Luciani ſcripta ita comparata eſſe, ut explicari tenerae iuventuti ſine offenſione poſſint. Imo ſunt, in quibus paſſim orationis quaedam licentia rerumque laſcivia reperiatur, qua facile ingenium moresque puerorum legentium corrumpi, et flagitiis cuiuscunque generis oc-

casio praeberi queat. In his dolendum est praecipuum quendam locum obtinere Dialogos Deorum, libellum alias veneribus et salibus exornatissimum, qui, licet aliis aliter placeat, non sine delectu singulari cum iis legendus esse videtur, quibus non solum doctor linguarum, verum etiam auctor virtutis et sanctitatis esse debeas. Longe vero maiori iure alii Luciani libri ab hac parte commendari debent; ut Mortuorum Dialogi, Menippus, Timon, Somnium, et, si quis plures quaerat, forte alii quoque. Iam quemadmodum horum, quos dixi, libellorum virtus moralis, ut hac voce utar de re iam exposita, quodammodo et antiquioribus, et recentioribus, Philologis agnita est, ut etiam editiones eorum nonnullas in usum tironum curatas habeamus: ita Charon, s. Contemplantes, dialogus praestantissimus, hanc doctorum curam profecto minus expertus est, quam desideria iuventutis ferrent. Separatim quidem nullo, quod scio, tem-

pore editus est; Chrestomathiis vero Lucianeis nonnullis ea ratione insertus, quae mihi saltem non probatur. Itaque proposueram mihi Charonis peculiarem editionem curare, quae et isti inopiae succurreret, et ingenio puerili accommodata esset, et textum denique daret, quam posset fieri, castigatissimum. Nuper vero, anno MDCCCIX, A. Matthiae, Vir Celeb., discipulis medii ordinis iis, qui ipsius Grammatica uterentur, edidit selectos Luciani dialogos, hoc est, e Deorum coelestium et marinorum Dialogis probatissimos, dialogos porro Mortuorum, Charonem et Somnium. Videbar iam mihi, dum hanc Chrestomathiam annunciari legebam, operam et oleum perdidisse in conficiendo opere, cui nihil tandem, nisi ultima lima, deesset. Et deterritus nomine viri Graece doctissimi, et de linguae huius doctrina meritissimi, abiiciebam statim consilium, lucubrationis meae Lucianeae, obscuro tantum nomine commendatae, in

lucem edendae. Recordatus autem illius Horatiani:

Tres mihi convivae prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa palato,

et admonitus virorum, quorum verba mihi aliquid sunt, consiliis, nec non experientia qualicunque mea edoctus, persuasi tandem mihi, editionem Charonis, ea ratione, quam elegissem ego, paratam, non prorsus superfluam aut inutilem visum iri; praesertim cum ea instruendarum editionum ratio, quae recentius probari coepit, severo literarum studio magis obesse, quam prodesse, videatur. Nolo hoc copiosius demonstrare. Res ipsa docet, atque docuit. Illud iam ago, ut de consilio, et ratione, et usu, huiusce Charonis breviter exponam.

Scilicet destinavi hanc opellam pueris eiusmodi, qui, cognita externa utriusque linguae machina, ad interiores earum vir-

tutes percipiendas accinguntur; qui quidem ex Latinis ſcriptoribus Nepotem, Caeſarem, Phaedrum et Ovidium legerunt, certe legere poſſunt, e Graecis vel Gedickii, vel Heinzelmanni, vel Iacobſii, vel aliam, neſcio quam, lancem ſaturam ſatis concoxiſſe, certe guſtaſſe, videntur, ut iam, ſi quid inde roboris nacti ſunt, ipſos hortos, unde fructus aliena manu decerptos acceperint, adire cupiant: ergo diſcipulis tertiae, ſecundaeve, claſſis, pro ſcholae cuiusque natura.

Hi, ſi recte video, quum iſtos veteres auctores intellexerint, meam quoque Latinitatem, quantumvis inferiorem, facile intelligere poterunt. Certe quidem Latinis adnotationibus et Indice Latino aliquanto melius conſultum fuerit huic iuventuti, quam beati Sinceri et beantis Büchlingii auxiliis. Omnino hoc mihi propoſui, ut opera mea non tam magiſtri, quam

discipuli, uterentur. Quapropter adnotationes et grammaticae sunt, et historicae, et aestheticae, et criticae; Grammaticae quidem nonnisi ad subtiliores quasdam linguae leges et propriam Luciani orationem spectantes; Historicae vero, quae suppleant lectori, quae non statim cuique in promtu sunt; Aestheticae, ut veneres, et ioci, hic illic latentes, perspiciantur sentianturque; Criticae denique, ad viam tironibus monstrandam, qua vitia textus animadverti, et verae lectiones inveniri, possint. Nam ut omni ex parte restituerem textum Lucianeum, equidem in meo loco praesidiis destitutus eram. Quamquam in nonnullis locis id mihi sumsi, ut praecipue Schmiederianae editionis vitia emendarem. Indices, si eo consilio adiiciuntur libro veteri edito, ut tiro non opus habeat Lexica consulere, copiosiores debent esse, quam parciores, ne quis forte, Lexico carens, frustra quid ibi quaerat. Quodsi igitur for-

taſſis plura, quam neceſſe eſſe videatur, Indici meo vocabula inſerui, malueram in hanc partem, quam in alteram, peccare. Denique quum Scholiis quoque ſua ſit auctoritas et utilitas, neque haec praetermittenda videbantur in editione Charonis, iuventuti ſtudioſae deſtinata. Obverſabatur mihi, ita deſcribenti, beati Friderici Fiſcheri, cum praeceptoris mihi ſemper pie colendi, imago, qui cum diſcipulis ſuis Grammaticorum quoque veterum ac Scholiaſtarum ſententias, e quibus ingenium et pretium illorum cognoſcerent, communicandas cenſuit.

De uſu huius editionis nihil praecipiam iis, qui ſtudia iuventutis regunt. Nolo enim magiſtrorum magiſter videri. Dicam vero hoc: niſi omnino haecce opella mea inutilis et indigna eſt, ea velit pro ſua quisque humanitate ita uti, ut ſalvis, ſi quas habet, virtutibus, vitia eius benevole

corrigat, et editorem hominem eſſe reſpiciat. Sic valete, quicunque haec legeritis, mihique ſavete.

I. TH. LEHMANN.

ΧΑΡΩΝ

Η

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΝΤΕΣ.

ΕΡΜΗΣ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝ.

1. ΕΡΜ. Τί γελᾷς, ὦ Χάρων; ἢ τί τὸ πορθμεῖον ἀπολιπὼν δεῦρο ἀνελήλυθας, ἐς τὴν παροῦσαν ἡμέραν οὐ πάνυ [1]) εἰωθὼς ἐπιχωριάζειν τοῖς ἄνω πράγμασιν;

ΧΑΡ. Ἐπεθύμησα, ὦ Ἑρμῆ, ἰδεῖν, ὁποῖά ἐστι τὰ ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι ἐν αὐτῷ, ἢ τίνων στερούμενοι πάντες οἰμώζουσι κατιόντες παρ' ἡμᾶς· οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἀδάκρυ τι διέπλευσεν. Αἰτησάμενος οὖν παρὰ τοῦ Ἅιδου [2]) καὶ αὐτὸς, ὥσπερ καὶ

1) οὐ πάνυ] vid. Ind. s. v. πάνυ.

2) Ἅιδου] huic voci addidi Iota, male hucusque in editionibus praetermissum.

ὁ Θεττάλος[3]) ἐκεῖνος νεανίσκος, μίαν ἡμέραν λειπόνεως γενέσθαι, ἀνελήλυθα ἐς τὸ φῶς· καί μοι δοκῶ ἐς δέον ἐντετυχηκέναι σοί· ξεναγήσεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι με ξυμπερινοστῶν, καὶ δείξεις ἕκαστα, ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα.

ΕΡΜ. Οὐ σχολή μοι, ὦ πορθμεῦ· ἀπέρχομαι γάρ τι διακονησόμενος τῷ ἄνω Διῒ τῶν ἀνθρωπικῶν· ὁ δὲ ὀξύθυμός τέ ἐστι, καὶ δέδια μὴ βραδύναντά με ὅλον ὑμέτερον ἐάσῃ[4]) εἶναι, παραδοὺς τῷ ζόφῳ· ἤ, ὅπερ τὸν Ἥφαιστον πρώην ἐποίησε, ῥίψῃ κἀμὲ[5])

3) ὁ Θετταλὸς] Protefilaus, Laodamiae maritus, in expeditione Troiana necatus, in tres horas reliquit Orcum, venia Plutonis impetrata, et convenit uxorem cariffimam. Vid. Ovid. Pont. III, 1, 110. et Heroid. XIII. Mortt. Dial. XIII.

4) ἐάσῃ] Ne quem forte libido inceffat corrigendi, contra ius fasque, notandum eft, verbum ἐᾶν eleganter nonnunquam Graecis poni, ubi quid conceditur cum indignatione, h. e. iubetur. Sinimus enim haud raro fieri aliquid, invidi indignabundique, vi, vel neceffitate quadam eo redacti. Iupiter haud lubens quidem fillum miniftrum dimififfet, fed negligentia eius coactus, tamen eum fiviffet tandem, h. e. iuffiffet, poenae gratia in perpetuum Orco addictum effe. Sic dicere amant Graeci: χαίρειν σε, valere iubeo. Eurip. Elect. 460. cuius loco occurrit etiam χαίρειν κελεύω. Ariftoph. Acharn. 200. Ceterum minifterium Mercurii duplex fuit, pertinens partim ad Iovem fuperiorem, partim ad inferiorem, h. e. Plutonem.

5) κἀμὲ] Seger. χαμαὶ coniicit. At vulgata lectio non eft contrectanda.

τεταγὼν [6]) τοῦ ποδὸς ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βηλοῦ, ὡς ὑποσκάζων γέλωτα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν.

ΧΑΡ. Περιόψει οὖν με ἄλλως πλανώμενον ὑπὲρ γῆς, καὶ ταῦτα ἑταῖρος καὶ ξύμπλους, καὶ ξυνδιάκτορος [7]) ὤν; καὶ μὴν καλῶς εἶχεν [8]), ὦ παῖ Μαίας, ἐκείνων γοῦν σε μεμνῆσθαι, ὅτι μηδὲ πώποτέ σε ἢ ἀντλεῖν ἐκέλευσα, ἢ πρόσκωπον εἶναι· ἀλλὰ σὺ μὲν ῥέγκεις ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐκταθεὶς,

6) τεταγὼν] pro vulg. τεταγώς. Non dubito, quidquid contradicat Hemsterhusius, formam exhibere Homericam ex Iliad. I, 591. ad quem locum manifesto Lucianus, qui Homerum perstringere amat, Mercurii verba confinxit. Neque enim magis operosus hic Aorist. 2. est, quam λελάθοιτο Hesiod. Θεογ. 471. pro λάθοιτο. πεπίθοιτο Iliad. VI, 50. pro πίθοιτο. λελάχωσι Iliad. VII, 80. pro λάχωσι. Est scilicet haec reduplicatio s. Anadiplasiasmus veteribus poetis passim usurpatus, in iis quoque temporibus, vbi Grammatica repugnet. De verbo τάζειν vid. infra Schol. et Fischer. Animadverss. ad Weller. III, a. p. 176.

7) ξυνδιάκτορος] Vid. Indic.

8) καλῶς εἶχεν] Minime Hemsterhusius, id quod Schmiederus in Varr. Lectt. indicat, corrigi volebat εἶχεν ἄν. Imo lectionem vulgatam a Stephani disputatione vindicabat, hoc modo dicens idque verissime quidem, „omissum esse ἄν, quod saepe fieri consueverit." De ellipsi particulae ἄν in Imperfecto vid. Hoogeveen. de partt. p. 63. VII. et Viger. Idiot. p. 484. Quid autem ἄν cum Indicativo cuiusvis temporis coniunctum significet, subtiliter docet Hermann. ad Viger. p. 785 sqq.

ὤμους [9]) οὕτω καρτεροὺς ἔχων· ἢ εἴ τινα λάλον νεκρὸν [10]) εὕροις, ἐκείνῳ παρ' ὅλον τὸν πλοῦν διαλέγῃ· ἐγὼ δὲ πρεσβύτης ὤν, τὴν δικωπίαν ἕλκων, ἐρέττω μόνος· ἀλλὰ πρὸς τοῦ πατρός, ὦ φίλτατον Ἑρμίδιον, [11]) μὴ καταλίπῃς με· περιήγησαι δὲ τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα, ὥς τι καὶ ἰδὼν ἐπανέλθοιμι· ὡς, ἢν με σὺ ἀφῇς, οὐδὲν τῶν τυφλῶν διοίσω· καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι σφάλλονται, διολισθαίνοντες ἐν τῷ σκότῳ, οὕτω δὴ κἀγώ σοι πάλιν [12]) ἀμβλυώττω πρὸς τὸ φῶς. ἀλλὰ δός, ὦ Κυλλήνιε, μοὶ ἐς ἀεὶ μεμνησομένῳ τὴν χάριν.

9) ὤμους] quia gymnasiorum praeses. *Solan.*

10) λάλον νεκρὸν] Vulg. ἄλλον. Felicissima Brodali manus emendavit: λάλον, haud dubie ex Necyom. c. 18. καὶ εἴ τις ἄλλος λάλος νεκρός. Secuti sunt recentiores. Memorabile est, Pet. Mosellanum, quum in textu habeat ἄλλον, interpretari tamen: loquacem.

11) Ἑρμίδιον] vulg. Ἑρμήδιον. Sed veram formam dedit Solanus secundum Aristoph. Pac. 381. 923. cff. aliae formae in eodem Comico e. g. Σωκρατίδιον, Φειδιππίδιον in Nubb. aliquoties, Εὐριπίδιον Acharnn. 403. 474.

12) πάλιν] Sic vulgo exhibent libri, quod quum sententiae non congrueret, scribendum Hemsterhusius putavit πάλαι, idque in interpretatione etiam reddidit. At neque hoc video, quomodo conveniat loco. Charon enim, qui modo in terras superiores ascendisset, profecto non potuit se dicere *iamdudum* coecum esse ad lucem. Oculi eius caligini adsueti nunc demum hebetati erant, ubi lucem vidissent. *Schmiederus* denique

ΕΡΜ. Τουτὶ τὸ πρᾶγμα πληγῶν αἴτιον 2.
καταστήσεταί μοι. ὁρῶ γοῦν ἤδη τὸν μισθὸν τῆς περιηγήσεως οὐκ ἀκόνδυλον παντάπασιν ἡμῖν ἐσόμενον· ὑπουργητέον δὲ ὅμως· τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι [13]) τις, ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο; πάντα μὲν οὖν σε ἰδεῖν καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ἀμήχανόν ἐστιν, ὦ πορθμεῦ. πολλῶν γὰρ ἂν ἐτῶν ἡ διατριβὴ γένοιτο· εἶτα ἐμὲ μὲν κηρύττεσθαι δεήσει, καθάπερ ἀποδράντα, [14])

amplexus est lectionem codd. Belini Pariss. ἔμπαλιν, *vice versa*, *contra*, per quam nihilo plus lucramur. Quid igitur? Scripsitne fortassis Lucianus πάνυ? Quod etsi non commendatur codicum testimoniis, bene tamen sententiae respondet. Conferri etiam possunt Diall. Marinn. V. fin. verba: ἣν μή τι πάνυ ὁ διαιτητὴς ἀμβλυώττῃ.

13) πάθοι] Recte sic Schmiederus praeeunte Solano, pro πάθῃ e codd. Pariss., et uno Basil., rescripsit. Eadem verba leguntur in Necyom. c. 3.

14) καθάπερ ἀποδράντα] quemadmodum [uti] servus fugitivus, cuius fuga praeconis voce, vel etiam libello proposito pronuntiari solebat, addita praemii promissione, si quis monstrarit mancipium, reduxeritve. Vid. Hemsterhus. ad. h. l. Lepidissime Propert. III, 22. fin. de tabulis suis perditis:

Quas si quis mihi rettulerit, donabitur auro,
Quis pro divitiis ligna retenta velit?
I puer, et citus haec aliqua propone columna:
Et dominum Exquiliis scribe habitare tuum.

Ceterum cave, ne cum Mosellano ἀπὸ cum ἀποδράντα coniungas. Tum scribendum foret ἀπό, quod minime opus esse recte Jensius dicit. De servili vero Mercurii

ὑπὸ τοῦ Διός· σὲ δὲ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα, καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν,[15]) μὴ νεκραγωγοῦντα πολλοῦ τοῦ χρόνου· κᾆτα[16]) ὁ τελώνης Αἰακὸς[17]) ἀγανακτήσει, μηδ' ὀβολὸν ἐμπολῶν. ὡς δὲ τὰ κεφάλαια τῶν γιγνομένων ἴδῃς,[18]) τοῦτ' ἤδη σκεπτέον.

conditione negotiisque maximam partem humilibus ad Majam matrem multis queritur. Deor. Dial. XXIV. ipse.

15) καὶ τὴν πλ. ἀρχὴν] ex praeced. κωλύσει int. ποιήσει, vel ἀναγκάσει. Illustravit hanc scribendi negligentiam Hemsterhusius ad h. l.

16) κᾆτα] Haec est scriptura trium codd. Pariss. quam recepit Schmiederus, nullo iure. Nam vulg. καὶ optime se habet.

17) ὁ τελώνης Αἰακὸς] Munus publicani inferorum Aeaco h. l. tribuitur ex ingenio, uti videtur, Luciani; hoc ipsum innuit. In Dialogo Menippi et Charonis Mortt. Dial. XXII. ille portorium solvere non vult, quia non potest, iubetque tandem Charonem se in vitam rursus reducere. Respondet autem hic: χαρίεν λέγεις, ἵνα καὶ πληγὰς ἐπὶ τούτῳ παρὰ τοῦ Αἰακοῦ προσλάβω, scil. ab Aeaco publicano, non tantum iudice. Et in Catapl. init. anxietas illa portitoris, in verbis: ἡμεῖς δὲ οὐδέποτε οὐδ' ὀβολὸν ἐμπεπλήκαμεν conspicua, idem haud dubie timor eius est, μὴ πληγὰς παρὰ τοῦ Αἰακοῦ προσλάβῃ.

18) ἴδῃς] Male edidit Schmiederus e codd. tribus Pariss. ἴδοις. Nam sententia haec est: *quia vero ratione, praecipua eorum, quae geruntur, spectes*, h. e. *spectare possis, id iam nunc considerandum*. Atque adeo recte habet Coniunctivus. Alter modus ἴδοις

ΧΑΡ. Αὐτὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἐπινόει τὸ βέλτιστον· ἐγὼ δὲ οὐδὲν οἶδα τῶν ὑπὲρ γῆς ξένος ὤν.

ΕΡΜ. Τὸ μὲν ὅλον, ὦ Χάρων, ὑψηλοῦ τινος ἡμῖν ἔδει [19]) χωρίου, ὡς ἀπ' ἐκείνου πάντα ἴδοις· σὺ δὲ, [20]) εἰ μὲν ἐς τὸν οὐρανὸν

ex seqq. ὡς ἀπ' ἐκείνου πάντα ἴδοις huc, in marginem primum, deinde etiam in textum codicis alicuius venisse videtur per hominem quidem, qui, quomodo hi loci inter se differrent, non intelligens, errasse se fortassis putaret, quum scripsisset ἴδῃς. Matthiae quoque ἴδοις praetulit. At vid. Herrmann. ad Viger. p. 730.

19) ἔδει] Sic vulgo et paullo ἴδοις. Schmiederus vero lectiones δεῖ, et κατίδῃς ex iisdem codd. repetiit. Ex optativo sequente ἴδοις patet primum genuina lectio ἔδει, et δεῖ ab eo profectum esse videtur, qui, quid Imperfectum sibi vellet, non perspexisset. Est autem ἔδει, int. ἂν [vid. supr. notam, s. καλῶς εἶχεν] *wir brauchen, wir dürften brauchen.* Κατίδοις autem glossema est τοῦ ἴδοις profectum fortassis ex καθεώρας §. 2. Matthiae δεῖ et κατίδῃς e cod. Paris.

20) σὺ δὲ] E codd. Pariss. Schmiederus edidit σοὶ δὲ. At neutra emendatione opus est. Primum non male habet partic: δὲ, imo opus ea est, ut respondeatur τῷ, τὸ μὲν ὅλον. Ad Pronomen vero quod attinet, Dativus σοὶ, quia sequitur demum Coniunctio εἰ, iusto artificiosior mihi lectio videtur, et mallem, si corrigendum esset, cum Solano legere δυνατὸς εἶς. At non corrigendum. Est enim σὺ δὲ nominativus absolutus, eadem prorsus ratione positus, ac praecedens: τὸ μὲν ὅλον. Sensum horum sic capias: *Ad universum quidem quod attinet, — ad te vero quod attinet.* Ita vero non modo negligentiores auctores, quorum nonnullos laudat Hem-

ἀνελθεῖν δυνατὸν ἦν, οὐκ ἂν ἐκάμνομεν.[21]) ἐκ περιωπῆς γὰρ ἂν ἀκριβῶς ἅπαντα καθεώρων. ἐπεὶ δὲ οὐ θέμις, εἰδώλοις ἀεὶ ξυνόντα ἐπιβατεύειν τῶν βασιλείων τοῦ Διός, ὥρα ἡμῖν ὑψηλόν τι ὄρος περισκοπεῖν.

3. ΧΑΡ. Οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, ἅπερ εἴωθα λέγειν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς, ἐπειδὰν πλέωμεν; ὁπόταν γὰρ τὸ πνεῦμα καταιγίσαν πλαγίᾳ[22]) τῇ

sterhusius, Nominativo uti solent absolute, verum etiam ii, qui diligentissime scripsisse putantur, hanc rationem, Anacoluthi nomine infamatam, adhibere non recusant. E Xenophante similem afferam locum Oecon. 1, 14. Τὸ μὲν δὴ ἀργύριον — οἱ δὲ φίλοι, ἤν τις ἐπίστηται αὐτοῖς χρῆσθαι ὥστε ὠφελεῖσθαι ἀπ' αὐτῶν, τί φήσομεν αὐτοὺς εἶναι; ubi vix quisquam emendare audebit: τοὺς δὲ φίλους, multo etiam minus τοῖς δὲ φίλοις, ut cum sententia intermedia coniungatur. Vid. Brunck. ad Sophocl. Elect. 480. Matthiae scripsit τοὶ δὲ, non addita causa.

21) ἐκάμνομεν] recte e codd. Pariss. restituit Schmiederus pro vulg. ἔκαμνον. Urbanitas enim Mercurii etiam Charonem participem consiliorum inveniendorum reddit, et de utroque loquitur meditaturo: ὑψηλοῦ τινος ἡμῖν δεῖ — ὥρα ἡμῖν etc. adeo, ut vel Charon statim non possit non fateri, se in his rebus minime versatum esse totum se tradere prudentiae collegae. Igitur ἐκάμνομεν vera lectio.

22) πλαγίᾳ] cave, ne cum interpretibus Latinis πλαγίᾳ falso ad τῇ ὀθόνῃ referas. Imo potius τὸ πνεῦμα dicendum erat πλάγιον, quemadmodum Dial. Mortt. XI, 2. ὁ Ἰάπυξ πλάγιος legitur. Sed πλαγίᾳ, si intelligas γραμμῇ vel ὁδῷ, est *obliqua*, scil. linea, vel via, h. e.

ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, τότε ὑμεῖς μὲν ὑπ' ἀγνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνην στεῖλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδὸς, ἢ συνεκδραμεῖν τῷ πνεύματι· [23]) ἐγὼ δὲ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν παρακελεύομαι ὑμῖν· αὐτὸς γὰρ εἰδέναι τὰ βελτίω· κατὰ ταὐτὰ [24]) δὴ καὶ σὺ πράττε, ὁπόσα καλῶς ἔχειν νομίζεις, κυβερνήτης νῦν γε ὤν. ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ἐπιβάταις νόμος, σιωπῇ καθεδοῦμαι, πάντα πειθόμενος κελεύοντί σοι.

ΕΡΜ. Ὀρθῶς λέγεις, αὐτὸς γὰρ εἴσομαι τί ποιητέον, [25]) κἀξευρήσω τὴν ἱκανὴν σκο-

obliquè, πλαγίως. Γραμμὴ autem passim intelligi debere, docent L. Bos. de Ellips. Graec. p. 53. eiusdemque libri editores.

23) τῷ πνεύματι] Lectio vetustarum, ut ait Hemsterhusius, membranarum, τῷ πνέοντι, commemorata etiam a Scholiaste, vera esse videtur; recentior Glossema redolet. Bene autem habet τῷ πνέοντι, si ex antecedd. intelligas ἀνέμῳ. Hermot. 28. ἢν ἅπαξ ἐπιδῷ τῇ πνεούσῃ σὺ αὑτόν. Lege τῇ πνεούσῃ, int. αὔρᾳ. Vid. ibi Gesner et Reitz. Luc. Act. Apost. XXVII, 40. καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμωνα, τῇ πνεούσῃ κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν. Vid. ad h. l. Elsneri Observata.

24) ταὐτὰ] Restitui spiritum lenem, ab editoribus neglectum. Mosellan. ταῦτα; male.

25) τί ποιητέον] Matthiae e cod. Paris. recepit τὸ ποιητέον, collato Dialog. Mar. VII. extr. ἐκεῖνος ἄμεινον οἶδε τὰ πρακτέα, et Dial. Mort. 30, 2. τῇ Κλωθοῖ, ἣ ἑκάστῳ ἐπέταξε γεννηθέντι τὰ πρακτέα. At bene vulgata habet.

πήν. ἆρ' οὖν ὁ Καύκασος ἐπιτήδειος, ἢ ὁ Παρνασσὸς ὑψηγότερος, ἢ ἀμφοῖν ὁ Ὄλυμπος ἐκεινοσί; καί τοι οὐ φαῦλόν τι ἀνεμνήσθην ἐς τὸν Ὄλυμπον ἀπιδών· συγκαμεῖν δέ τι καὶ ὑπουργῆσαι καὶ σὲ δεῖ.

ΧΑΡ. Πρόσταττε· ὑπουργήσω γὰρ ὅσα δυνατά.

ΕΡΜ. Ὅμηρος ὁ ποιητής φησι τοὺς Ἀλωέως υἱέας,[26]) δύο καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἔτι παῖδας, ἐθελῆσαί ποτε τὴν Ὄσσαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαντας ἐπιθεῖναι τῷ Ὀλύμπῳ, εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ, ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν οἰομένους καὶ πρόσβασιν ἐπὶ τὸν οὐρανόν. ἐκείνω μὲν οὖν τὼ μειρακίω, (ἀτασθάλω[27]) γὰρ ἤστην,) δίκας ἐτισάτην. νὼ δὲ (οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ τῶν θεῶν ταῦτα βουλεύομεν) τί οὐχὶ οἰκοδομοῦμεν καὶ αὐτοὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐπικυλινδοῦντες ἐπάλληλα τὰ ὄρη, ὡς ἔχοιμεν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀκριβεστέραν τὴν σκοπήν;

26) τοὺς Ἀλωέως υἱέας] Dicuntur fere οἱ Ἀλωάδαι. Vid. Hemsterhuf. ad h. l. De re cf. Virg. Georg. I, 280 seq.

27) ἀτασθάλω] vid. Ind. Ceterum haec: ἀτασθάλω γὰρ ἤστην, παρενθετικῶς posui, eodem, credo, iure, quo sequentia: οὐ γὰρ ἐπὶ — βουλεύομεν sic in edd. posita sunt.

ΧΑΡ. Καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ᾽ ὄντες ἀναθέσθαι ἀράμενοι τὸ Πήλιον, ἢ τὴν Ὄσσαν; 4

ΕΡΜ. Διατί δ᾽ οὐκ ἄν, ὦ Χάρων; ἢ ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀγεννεστέρους εἶναι τοῖν βρεφυλλίοιν ἐκείνοιν, καὶ ταῦτα, θεοὺς ὑπάρχοντας.

ΧΑΡ. Οὔκ· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μοι ἀπίθανόν τινα τὴν μεγαλουργίαν[28]) ἔχειν.

ΕΡΜ. Εἰκότως· ἰδιώτης γὰρ εἶ, ὦ Χάρων, καὶ ἥκιστα ποιητικός. ὁ δὲ γεννάδας Ὅμηρος ἀπὸ δυοῖν στιχοῖν αὐτίκα ἡμῖν ἀμβατὸν ἐποίησε τὸν οὐρανόν, οὕτω ῥαδίως συντιθείς[29]) τὰ ὄρη. καὶ θαυμάζω, εἴ σοι ταῦτα τεράστια εἶναι δοκεῖ, τὸν Ἄτλαντα δηλαδὴ εἰδότι, ὅς[30]) τὸν πόλον αὐτόν, εἷς ὤν, φέρει,

28) τὴν μεγαλουργίαν] Articulus Pronomini τὶς iunctus non debet quenquam offendere, ut eum adeo delere cupiat. Non est rara haec dicendi ratio, maxime apud Nostrum. Intellige verba sic inverso ordine: Magnificentia, quam haec res habet, videtur mihi quodammodo incredibilis esse. Cf. verba §. 11. δεινήν τινα λέγεις τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀβελτερίαν.

29) συντιθείς] Hemsterhus. συνετίθει, pulchre quidem, sed non probabiliter. Participium enim, cum οὕτως coniunctum, Lucianeum est. Vid. Tim. §. 36. ubi tamen et idem Criticus pro οὕτως coniiciebat. οὗτος, minus etiam probabiliter.

30) εἰδότι, ὅς] Structura: τὸν Ἄτλαντα δηλαδὴ εἰδότι, ὅς τὸν πόλον φέρει, pro: δηλαδὴ εἰδότι, ὡς ὁ Ἄτλας τὸν πόλον φέρει,

ἀνέχων ἡμᾶς ἅπαντας. ἀκούεις δὲ ἴσως καὶ [31]) τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ πέρι, τοῦ Ἡρακλέους, [32]) ὡς διαδέξαιτό [33]) ποτε αὐτὸν [34]) ἐκεῖνον τὸν Ἄτλαντα, καὶ ἀναπαύσειε πρὸς ὀλίγον τοῦ ἄχθους, ὑποθεὶς ἑαυτὸν τῷ φορτίῳ;

ΧΑΡ. Ἀκούω καὶ ταῦτα· εἰ δὲ ἀληθῆ ἐστι, σὺ ἄν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδείητε. [35])

eleganter Graeca eſt. Cf. modo Piſcat. 14. καὶ ταῦτα εἰδότες ἐμὲ, οἷα πρὸς τῆς Κωμῳδίας ἀκούουσα ἐν Διονυσίοις, ὅμως φίλην τε αὐτὴν ἥγημαι, καὶ etc.

31) ἴσως καὶ] Particulam γε ante ἴσως primum textui inſeruit Schmiederus, lectam illam in codd. tribus Pariſſ. At alieniſſima eſt. Si enim de Hercule, Atlantis loco coelum ſuſtentante, audierat Charon; nonne de Atlante quoque ipſo, utpote primaria in hoc mytho perſona, audiiſſe per ſe exiſtimandus? Quid igitur h. l. partic. γε? Ineptam loco infert ſententiam. Miror, Matthiae quoque dediſſe γε.

32) Ἡρακλέους] Hanc Genitivi formam, Luciano uſitatam, reſtituit Schmiederus e codd. Pariſſ. recte, opinor.

33) διαδέξαιτο] Nihil rectius coniectura Hemſterhuſii διαδέξαιτο pro vulg. διαδέξοιτο, quam confirmarunt etiam codd. Pariſſ., et iure ſuo receperunt Schmiederus et Matthiae.

34) αὐτὸν] Maluit Hemſterhuſ. αὐτὸς, quod ad Herculem referatur. Et valde probabile eſt, ſic Lucianum ſcripſiſſe, quoniam, ſi αὐτὸν legeretur, iuſto plures adeſſent voces, quae Atlantem ſignificarent. Quanquam nec vice verſa τοῦ αὐτὸς opus eſt h. l. ut de Hercule ſciamus ſermonem eſſe.

35) εἰδείητε]. Vulg. εἰδῆτε. Sed codd. Pariſſ. exhibent ei-

ΕΡΜ. Ἀληθέστατα, ὦ Χάρων. ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἄν; ὥστε ἀναμοχλεύωμεν τὴν Ὄσσαν πρῶτον, ὥσπερ ἡμῖν ὑφηγεῖται τὸ ἔπος, καὶ ὁ ἀρχιτέκτων Ὅμηρος, Αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον· ὁρᾷς, ὅπως ῥᾳδίως ἅμα καὶ ποιητικῶς ἐξειργάσμεθα; [36] φέρε οὖν ἀναβὰς ἴδω, εἰ καὶ ταῦτα ἱκανά, ἢ ἐποικοδομεῖν ἔτι δεήσει. παπαί, κάτω ἔτι ἐσμὲν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ 5.
οὐρανοῦ· ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἑῴων μόγις Ἰωνία καὶ Λυδία φαίνεται· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας οὐ πλέον Ἰταλίας καὶ Σικελίας· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτῴων τὰ ἐπὶ τάδε τοῦ Ἴστρου μόνα· κἀκεῖθεν, ἡ Κρήτη οὐ πάνυ σαφῶς· μετακινητέα ἡμῖν, ὦ πορθμεῦ, καὶ ἡ Οἴτη, ὡς ἔοικεν· εἶτα ὁ Παρνασσὸς ἐπὶ πᾶσιν.

ΧΑΡ. Οὕτω ποιῶμεν. ὅρα μόνον, μὴ λεπτότερον ἐξεργασώμεθα τὸ ἔργον ἀπομηκύνοντες πέρα τοῦ πιθανοῦ· εἶτα συγκαταῤῥιφθέντες αὐτῷ πικρᾶς τῆς Ὁμήρου οἰκοδομητικῆς πειραθῶμεν, ξυντριβέντες τῶν κρανίων. [37]

θείητε, quod Schmiederus recepit. Optativus enim in hac dictione uſitatior eſt. Cf. Deor. Dial. IV, 5.

36) ἐξειργάσμεθα] Probabilem Solani coniecturam recepi cum Matthiae pro ἐξειργασάμεθα.

37) ξυντριβέντες τῶν κρανίων] Guyetus, neſcio, an forte

ΕΡΜ. Θάῤῥει· ἀσφαλῶς γὰρ ἕξει ἅπαντα· μετατίθει τὴν Οἴτην· ἐπικυλινδείσθω καὶ ὁ Παρνασσός. ἰδοὺ δὴ,[38]) ἐπάνειμι αὖθις· εὖ ἔχει· πάντα ὁρῶ· ἀνάβαινε ἤδη καὶ σύ.

ΧΑΡ. Ὄρεξόν, ὦ Ἑρμῆ, τὴν χεῖρα. οὐ γὰρ ἐπὶ μικράν με ταύτην τὴν μηχανὴν ἀναβιβάζεις.

ΕΡΜ. Εἴγε καὶ ἰδεῖν ἐθέλεις, ὦ Χάρων, ἅπαντα· .... οὐκ ἔνι δὲ ἄμφω, καὶ ἀσφαλῆ, καὶ φιλοθεάμονα εἶναι· ἀλλ᾽ ἔχου μου τῆς δεξιᾶς, καὶ φείδου μὴ κατὰ τοῦ ὀλισθηροῦ πατεῖν· εὖγε, ἀνελήλυθας καὶ σύ· καὶ ἐπείπερ δικόρυμβος ὁ Παρνασσός ἐστι, μίαν ἑκάτερος ἄκραν ἐπιλαβόμενοι καθεζώμεθα. σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιβλέπων ἐπισκόπει ἅπαντα.

recordans illius συντριβεὶς τὸ κρανίον, Deor. Dial. XIII, 2. etiam h. l. legere mavult ξυντρ. τὸ κρανίον. Sed emendatione non opus est in loco, bene Attico, et librorum omnium consensu confirmato. Aristoph. Pac. 70. Ἕως ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς. Vid. Thom. M. p. 499. Moeris Attic. κατέαξε τῆς κεφαλῆς, Ἀττικῶς· κατέαξε τὴν κεφαλὴν, Ἑλληνικῶς. Cf. Thom. M. p. 351. et Steph. de Dial. Gr. p. 44.

38) ἰδοὺ] codd. duo Pariss. exhibent ἰδοὺ δὴ, quod Matthiae praeeunte et ego edendum censui.

ΧΑΡ. Ὁρῶ γῆν πολλὴν, καὶ λίμνην τινὰ μεγάλην περιῤῥέουσαν, καὶ ὄρη, καὶ ποταμοὺς τοῦ Κωκυτοῦ καὶ Πυριφλεγέθοντος μείζονας· καὶ ἀνθρώπους πάνυ σμικροὺς, καί τινας φωλεοὺς αὐτῶν. 6.

ΕΡΜ. Πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, οὓς φωλεοὺς εἶναι νομίζεις.

ΧΑΡ. Οἶσθα οὖν, ὦ Ἑρμῆ, ὡς οὐδὲν ἡμῖν πέπρακται; ἀλλὰ μάτην τὸν Παρνασσὸν αὐτῇ Κασταλίᾳ, καὶ τὴν Οἴτην, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη μετεκινήσαμεν.

ΕΡΜ. Ὅτι τι;

ΧΑΡ. Οὐδὲν ἀκριβὲς ἔγωγε ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ὁρῶ· ἐβουλόμην δὲ οὐ πόλεις καὶ ὄρη αὐτὰ μόνα, ὥσπερ ἐν γραφαῖς ὁρᾷν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς, καὶ ἃ πράττουσι, καὶ οἷα λέγουσι· ὥσπερ ὅτε με τὸ πρῶτον ἐντυχὼν εἶδες γελῶντα, καὶ ἤρου με, ὅ, τι γελῴην· ἀκούσας γάρ τινος ἥσθην ἐς ὑπερβολήν.

ΕΡΜ. Τί δὲ τοῦτ' ἦν;

ΧΑΡ. Ἐπὶ δεῖπνον, οἶμαι, κληθεὶς [39])

39) κληθεὶς] Non raro omittitur τὶς. Platon. Gorg. c. 46. τρυφὴ καὶ ἀκολασία καὶ ἐλευθερία, ἐὰν ἐπικουρίαν ἔχῃ [int. τὶς] τοῦτ' ἐστὶν ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία. Cf. Hermann. ad Viger. p. 725. not. 111.

ὑπό τινος τῶν φίλων ἐς τὴν ὑστεραίαν, Μάλιστα ἥξω, ἔφη· καὶ μεταξὺ λέγοντος, ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμὶς ἐπιπεσοῦσα, οὐκ οἶδ' ὅτου κινήσαντος, [40]) ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἐγέλασα οὖν, οὐκ ἐπιτελέσαντος [41]) τὴν ὑπόσχεσιν. ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι, [42]) ὡς μᾶλλον βλέποιμι καὶ ἀκούοιμι.

7. ΕΡΜ. Ἔχ' ἀτρέμας· καὶ τοῦτο γὰρ ἐγὼ ἰάσομαί σοι, καὶ ὀξυδερκέστατον ἐν βραχεῖ ἀποφανῶ, παρ' Ὁμήρου τινὰ καὶ πρὸς τοῦτο ἐπῳδὴν λαβών· κἀπειδὰν εἴπω τὰ ἔπη, μέμνησο μηκέτι ἀμβλυώττειν, ἀλλὰ σαφῶς πάντα ὁρᾶν.

ΧΑΡ. Λέγε μόνον.

ΕΡΜ. Ἀχλὺν δ' αὖ [43]) τοι ἀπ' ὀφθαλ-

40) οὐκ οἶδ' ὅτου κινήσαντος] Codd. Pariſſ. male exhibent οὐκ οἶδ' ὅπως τοῦ οἰκήματος. Unde Belinus [Belin de Ballu in adnot. ad verſionem Francogallicam] legere voluit: οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκ τοῦ οἰκήματος. Non viderat ſcilicet Francogallus, praeceſſiſſe iam ἀπὸ τοῦ τέγους.

41) ἐπιτελέσαντος] Aeque infeliciter idem Belinus coniecit ἐπιτελέσοντος. Quippe non viderat, Aoriſtum ſententiae unice convenire.

42) ὑποκαταβήσεσθαι] Moſellan., vertit: deſcendendum cenſeo; ad genium linguae Graecae exacte. Sic enim conſtat Infinitivum Futuri uſurpari nonnunquam, ut verbi δεῖν ſignificatum comprehendat.

43) Ἀχλὺν δ' αὖ] Depromta haec ex Iliad. V, 127.

μῶν ἕλον, ἢ πρὶν ἐπῆεν, Ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

ΧΑΡ. Τί ἐστιν; [44])

ΕΡΜ. Ἤδη ὁρᾷς;

ΧΑΡ. Ὑπερφυῶς γε· τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμέ. [45]) ὥστε σὺ τὸ ἐπὶ τούτῳ προδίδασκέ με, [46]) καὶ ἀποκρίνου ἐρω-

44) τί ἐστιν] Dum verſus Homerici a Mercurio recitantur, fingendus Charon paullatim ſentire maiorem viſus ſui mutationem, adeo, ut, miram oculorum aciem nactus, prius, quam Mercurius alterum verſum finiiſſet, admirabundus exclamet: *Quid hoc eſt?* Quae tandem facta eſt viſus mei mutatio? Convenienter tum faſcinator ipſe: *Iam ne vides?* Et bene ſe cuncta habent ſecundum hunc ordinem dictorum, vulgo in libris exhibitum, ita, ut, neſciam, an minus ſeſe commendet Hemſterhuſii, qui verba τί ἐστιν pariter atque ἤδη ὁρᾷς Mercurio tribuit, ſententia, Wielandio quoque et Matthiae probata,

45) ὡς πρὸς ἐμέ] Vid. Indic. ſ. v. ὡς. Ceterum proverbium fuit: Λυγκέως ὀξυδερκέστερος. Vid. Caſaub. ad Athen. L. III, c. 3.

46) προδίδασκε] Sic vulgo. Sed ſuſpecta Hemſterhuſio fuit praepoſitio πρὸ, quoniam, quod Charon ante doceri voluerit, non intelligeretur. Correxit itaque Sehmiederus προσδίδασκε auctore cod. Poli et probante Seyboldo in Bibl. Goting. Philol. T. II. Part. 7. p. 639. Iam etſi negari non poteſt, praepoſitiones πρὸς et πρὸ in compoſitis a librariis innumeris locis commutari ſolitas eſſe, cuius quidem rei nuper etiam Schaeferus Meletem. p. 19. exemplum dedit ad verbum προσαγάγεσθαι et

τῶν τι. ἀλλὰ βούλει κατὰ τὸν Ὅμηρον κἀγὼ ἔρωμαί σε, ὡς μάθῃς οὐδ' αὐτὸν ἀμελέτητον ὄντα με τῶν Ὁμήρου;

προγίνεσθαι, tamen valde dubito, quin h. l. Lucianus ſcripſerit προςδίδασκε, propterea quod machinationibus illis praegreſſis nonniſi via muniebatur ad res humanas acutius perſpiciendas, atque adeo ad finem Charonis primarium et ſummum conſequendum. Mire igitur dixiſſet: inſuper doce me, quaſi de iis, quae caput rei efficerent, ambo iam ſermocinati fuiſſent. Ad veram h. l. lectionem inveniendam niti liceat loco Xenoph. Hellen. V, 1, 27. ubi quum praecedat πρωτόπλους, falſo ſequitur in libris ἀλισκομένους αφῶν αὐτῶν τοὺς πρόπλους, et recte Brodaeus, Morus, Schneiderus, et Weiskius legerunt πρωτόπλους. Quid igitur? Si noſtro loco emendes: ὥστε σὺ τὸ ἐπὶ τούτῳ πρῶτον δίδασκέ με; Non vereor, ne haec male Graeca ſint, vel ſenſum praebeant alienum. Nimirum Charon, maiori iam oculorum acie praeditus, cupide circumſpiciens incidit ſtatim in Milonem illum Crotoniaten, robur ſuum Olympiae palam oſtentantem, atque hunc hominem intuens hortatur Mercurium ſic: *Age itaque iam primum me hoc doce, et reſponde interroganti.* Sed differtur haec interrogatio eo, quod ipſe quoque Charon Homericis verbis ſocium ſuum compellare vult, cui quidem miranti, unde haec noſſet, nauta narrandum antea cenſuit, qui factum eſſet, ut in Homericis quoque verſatus eſſet. Verba igitur: ἀλλὰ βούλει κατὰ τὸν Ὅμηρον κ. τ. λ. usque ad paragraphum octavum: εἰπὲ γάρ μοι, obiter quaſi et parentheſeos colo, dicta ſunt. Sic, opinor, de lectionis πρῶτον διδ. probabilitate nulla relinquetur dubitatio. Senſit Moſellanus, quid Charon ſibi vellet: vertit enim: *Itaque deinceps hoc primum me velis doceas.* Sed retinuit tamen vulgatum προδίδασκε.

ΕΡΜ. Καὶ πόθεν σὺ ἔχεις τι τῶν ἐκείνου εἰδέναι, ναύτης ἀεὶ καὶ πρόσκωπος ὤν;

ΧΑΡ. Ὁρᾷς, ὀνειδιστικὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην. ἐγὼ δὲ, ὁπότε διεπόρθμευον αὐτὸν ἀποθανόντα, πολλὰ ῥαψωδοῦντος ἀκούσας, ἐνίων ἔτι μέμνημαι. καί τοι χειμὼν ἡμᾶς οὐ μικρὸς τότε κατέλαβεν. Ἐπεὶ γὰρ ἤρξατο ᾄδειν οὐ πάνυ αἴσιόν τινα ᾠδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδῶν συνήγαγε τὰς νεφέλας,[47]) καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον ὥσπερ τορύνην[48]) τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν, καὶ πάσας τὰς θυέλλας ὠρόθυνε, καὶ ἄλλα πολλὰ,[49]) κυκῶν τὴν θάλατταν ὑπὸ τῶν ἐπῶν, χειμὼν ἄφνω καὶ γνόφος ἐμπεσὼν ὀλίγου δεῖν περιέτρεψεν ἡμῖν τὴν ναῦν· ὅτε περ[50]) καὶ ναυτιάσας ἐκεῖνος

47) συνήγαγε τὰς νεφ. κ. τ. λ.] Ex Odyff. V, 291.

48) τορύνην] vid. Indic.

49) καὶ ἄλλα πολλὰ] Haec a Mofellano cum feqq. arctius iunguntur, fine idonea caufa. Potius intellige ex antecedd. κ. ἄ. π. ἤρξατο ᾄδειν, κυκῶν τὴν θαλάτταν etc.

50) ὅτε περ] eft vel *quandoquidem* vel *quandocunque*. Neutrum h. l. aptum. Mofellanus reddidit *tum ergo*. Adverf. indoct. 9. ὅτε περ, quo quidem in tempore; Hemfterhuf. fimpliciter: *tum*, quippe accipientes, nifi fallor, uterque ὅτε pro demonftrativo τότε, quod quo minus fieri poffit, impedit manifefto partic. περ. Mihi quidem liquet, in hac voce mendum, nefcio quod

ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς [51]) αὐτῇ Σκύλλῃ, [52]) καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι.

ΕΡΜ. Οὐ χαλεπὸν οὖν ἦν ἐκ τοσούτου ἐμέτου [53]) ὀλίγα γοῦν διαφυλάττειν.

ſubeſſe. Vel ſcripſit Lucianus τότε οὖν, τότε μὲν aliudve quid eiusmodi. Vel ſi ὅτε retineas, credendum, omiſſa quaedam eſſe, quae protaſin efficerent: ὅτε ταῦτα ἦν. At h. l. uti non incertum vitium eſt, ita incertiſſima Criſis, adeo, ut non accedente codicis alicuius auctoritate, veram lectionem reſtitui poſſe deſperem.

51) τὰς πολλὰς] Belinus maluit τὰ πολλὰ, temere.

52) αὐτῇ Σκύλλῃ] Vid. indic. ſ. v. αὐτός. Aelian. V. H. XIII, 22.

53) ἐκ τοσούτου ἐμέτου] Aelianus V. H. XIII, 22. unde Scholion codicis Voſſiani depromtum, narrat Galatonem pictorem Homerum pinxiſſe vomentem, reliquos vero poetas, quae evomeret ille, ſorbentes. Non igitur primus hanc imaginem Lucianus inveniſſe, ſed Galatoni eam debuiſſe, videtur. Sed diverſae horum picturae ſunt eo, quod ille pictor poetas ſui temporis homerizantes, ſervum illud pecus, perſtringit; noſter vero auctor magis Homerum ipſum deridet, non admodum eorum rationem habens, qui imitentur Homerum. Ceterum, quod ſtomachus umbrae vomiſſe dicitur, de eo noli ſubtiliter, et ad normam quandam mythologicam iudicare. Eſt enim haec ſatyricarum, in primis Lucianearum, fictionum licentia, ut, quo maiorem excitent, riſum, veriſimilitudinis fines nonnunquam excedant. Saepius in hocce quoque libello obſervabitur, non in mythologicis ſolum, verum etiam in hiſtoricis, Lucianum ſibi haud raro aliquid induliſſe.

ΧΑΡ. Εἰπὲ γάρ μοι. 8

τίς γὰρ ὅδ' [54]) ἐστὶ πάχιστος ἀνήρ, ἠΰς τε, μέγας τε,
Ἔξοχος ἀνθρώπων κεφαλὴν καὶ εὐρέας ὤμους;

ΕΡΜ. Μίλων [55]) οὗτος ὁ ἐκ Κρότωνος ἀθλητής. ἐπικροτοῦσι δ' αὐτῷ οἱ Ἕλληνες, ὅτι τὸν ταῦρον ἀράμενος φέρει διὰ τοῦ σταδίου μέσου.

ΧΑΡ. Καὶ πόσῳ δικαιότερον ἂν ἐμέ, ὦ Ἑρμῆ, ἐπαινοῖεν, ὃς αὐτόν σοι τὸν Μίλωνα μετ' ὀλίγον ξυλλαβὼν ἐνθήσομαι ἐς τὸ σκαφίδιον, ὁπόταν ἥκῃ πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ ἀμαχωτάτου τῶν ἀνταγωνιστῶν καταπαλαισθείς,

54) τίς γὰρ ὅδ'] Iliad. III, 226. de Aiace.

55) Μίλων] Olympiae conſpiciunt Contemplantes Milonem Crotoniaten, ferentem forte per medium ſtadium, applaudentibus cunctis Graecis, bovem vivum. Quoniam Lucianus de virium corporis tantum vanitate h. l. agere voluit, omittit id, quod plerumque veteres ii, qui de Milone ſcribunt, in his Athen. X, 2. addere ſolent, athleten noſtrum, licet Pythagoricae diſciplinae addictum, etiam comediſſe uno die taurum. Quae alia roboris ſpecimina ediderit Milo, vide, ſi placet, ap. Plin. H. N. VII, 20. et Solin. c. 4. Senex Milo doluit de robore deficiente. Cic. Cat. Mai. c. 9. Caſum eius miſerabilem narrant Valer. Max. IX, 12, 9. ext. et A. Gell. N. A. XV, 16. Floruit autem Milo non tam Cyro, quam Dario Hyſtaspis, rege Perſarum. Vid. Herodot. III, 137. Verum hiſtorica in Luciano non ſunt admodum urgenda.

τοῦ Θανάτου, 56) μηδὲ ξυνεὶς, 57) ὅπως αὐτὸν ὑποσκελίζει; κᾆτα οἰμώζεται ἡμῖν δηλαδὴ,

56) τοῦ Θανάτου] Manifesto numen Mortis h. l. significatur. Miror itaque, editores neque h. l. neque infra §. 17. hanc vocem per maiorem literae formam exhibuisse. Equidem id facere non dubitabam. Ceterum de persona, Morti a veteribus tributa legisse iuvabit, quae erudite disserit Hemsterhus. ad §. 17.

57) μηδὲ ξυνεὶς] „Haec mihi non accommodatissime videntur ad integram, quae praecessit, sententiam respondere: etiamsi mutes tempus ὑποσκελίσει, parum adiumenti, me iudice, contuleris. Forte orationis impeditae in ipso Luciano haeret culpa: non enim aeque semper stilus, quamvis attento, ad animi cogitata dilucide exponenda proponit." Haec Hemsterhusius. Liceat vero contra monere, orationem, modo temporum ratio accurate spectetur, bene compositam esse. *Ecquanto maiori Graeci iure me laudaturi essent* [si scilicet spectare id possent] *me, qui ipsum tibi Milonem non ita multo post comprehensum imponam* [Futurum tempus simplex et certum] *cymbulae*, [tum scil.] *quando ad nos venerit* [Futur. exact.] *ab invictissimo adversariorum, a Morte, deiectus, ne intelligens quidem* [recte hic praesens adhibetur, nam eo ipso tempore, quo deiectus fuerit Milo, dicitur non intelligere, qua ratione etc. Est igitur praesens tempus praeteritum], *qua ratione ipsum Mors prosternat*. Iam τὸ ὑποσκελίζει male habuit Hemsterhusium, adeo, ut in animum induceret corrigere ὑποσκελίσει. Infelicissime. Quid enim? Putasne μηδὲ ξυνεὶς ad illud tempus referri, quo Charon haec verba pronuntiat? Tum recte quidem Futur. habeat. Sed nihil absurdius fuerit tali sententia. Nam ξυνεὶς cum κατὰ παλαισθεὶς arctissime iunctum, nullo modo durissimam temporis

μεμνημένος τῶν στεφάνων τούτων, καὶ τοῦ κρότου· νῦν δὲ μέγα φρονεῖ, θαυμαζόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ ταύρου φορᾷ. τί οὖν, οἰηθῶμεν, ἆρα ἐλπίζειν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε;

mutationem ferre potest. Quid inde? vel Aoristum vel Imperfectum, vel Praesens tempus adhibendum Luciano fuit. At Aoristum non conveniebat, quoniam non omnino quaeritur, quomodo Mors omnes ac singulos mortales devincere soleat, sed quomodo unum illum Milonem, qui id intelligere non possit. Minus etiam bene usus Charon fuisset Imperfecto, quod quidem in hac structura non Imperfectum, quod ita plerumque dicitur, sed Plusquamperfectum significavisset: *ne intelligens quidem, qua ipsum ratione Mors prostravisset*, quo nihil alienius est a Charonis sententia. Restat, ut de Praesenti videamus. Alium locum, quo hicce noster illustretur, apponam e Dial. Deor. XXV, 2. Ibi Sol se excusans, quod filium currui imposuerit, Iovi narrat: ἀναβιβασάμενος ἐπὶ τὸ ἅρμα ὑπεθέμην, ὅπως μὲν χρὴ βεβηκέναι αὐτόν. Nemini hic unquam in mentem veniet Praesens χρὴ vituperare velle. Neque id vituperari ullo modo potest, quoniam χρὴ ad illud ipsum tempus pertinet, quo Sol admonebat Phaethonta. Et deinceps, ubi idem Sol dicit: εἶπον δὲ καὶ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ μὴ etc. cave, ne, quamquam latine vertas: *dicebam vero etiam, quantum periculum esset*, Graece substituas ἦν, quo quidem significares: quantum fuisset, alio scil. tempore, periculum. Subintellige itaque ἐστίν. Haec et usu loquendi, et Grammaticorum praeceptis ita stabilita sunt, ut innuendo hanc rem satisfecisse officio nostro videamur. Ceterum pro ὑποσκελίζειν eodem sensu Dial. Deor. VII, 3. dicitur ὑφέλκειν τὼ πόδε.

ΕΡΜ. Πόθεν ἐκεῖνος θανάτου νῦν μνημονεύσειεν ἂν ἐν ἀκμῇ τοσαύτῃ;

9. ΧΑΡ. Ἔα τοῦτον οὐκ εἰς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, ὁπότ' ἂν πλέῃ μηδὲ ἐμπίδα ἡμῖν, 58) οὐχ ὅπως 59) ταῦρον, ἔτι ἄρασθαι δυνάμενος. Σὺ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπὲ, τίς τ' ἄρ' ὅδ' ἄλλος ὁ σεμνὸς ἀνήρ; οὐχ Ἕλλην, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς. 60)

ΕΡΜ. Κῦρος, ὦ Χάρων, ὁ Καμβύσου, ὃς, τὴν ἀρχὴν πάλαι Μήδων ἐχόντων, νῦν Περσῶν ἤδη ἐποίησεν εἶναι. καὶ Ἀσσυρίων ἔναγχος οὗτος ἐκράτησε, καὶ Βαβυλῶνα παρεστήσατο· καὶ νῦν ἐλασείοντι 61) ἐπὶ Λυδίαν ἔοικεν, ὡς καθελὼν τὸν Κροῖσον ἄρχοι ἁπάντων.

58) Matth. ὁπόταν πλέῃ μ. ἐ. ἡμῖν etc.] e codd. 3. Pariſſ. pulchre. Vulgo deſideratur ἡμῖν.

59) οὐχ ὅπως] Proprie: οὐκ ἔστιν ὅπως, nullo modo. Sin autem ad praecedens οὐδὲ vel μηδὲ refertur, ſignificat *nedum*. Cf. Prometh. ſ. Caucaſ. 8. Alias eodem ſenſu dicitur: οὐχ ὅπως, ſequente ἀλλ' οὐδὲ, *non modo non, ſed ne quidem*. Vid. L. Boſ. Ellipſ. p. 486.

60) ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς] Commate haec ab ἔοικεν ſeiunxi. Abſolute enim quodammodo dicuntur. Vid. Indic. ſ. v. ἀπό.

61) καὶ νῦν ἐλασείοντι] Non immerito quidem Hemſterhuſ. Luciano vitio vertit, quod Cyri hiſtoriae commemorandae iuſto minus diligentiae tribuerit. Sed excuſare

ΧΑΡ. Ὁ Κροῖσος δὲ ποῦ ποτε κἀκεῖνός ἐστιν;

ΕΡΜ. Ἐκεῖσε ἀπόβλεψον ἐς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὴν τὸ τριπλοῦν 62) τεῖχος· Σάρδεις ἐκεῖναι, καὶ τὸν Κροῖσον αὐτὸν ὁρᾷς, 63) ἤδη ἐπὶ κλίνης χρυσῆς καθήμενον, Σόλωνι 64)

licebit nostrum, qui, quum in serie rerum ab Cyro gestarum constituenda historicos ipsos dissentire vidisset, in libro satyrico arbitrium aliquod suum sequeretur, ratus, hanc veniam, uti Xenophonti, Cyropraediae auctori, detur, ita sibi quoque ab aequis iudicibus datum iri. Non aberrasse temere, sed consulto recessisse a veritate historica videtur Lucianus noster. Atque in his, quis est, quin aliquid comicae libertati dandum existimet? Criticas historicae severitas nusquam profecto in alieniori loco iura sua vindicare studet, quam in Luciani scriptis.

62) τὴν τὸ τριπλοῦν] Brodaeus cum Scholiaste recte subaudit: ἔχουσαν, quod etiam §. 23. in verbis: ἡ τὸν μέγαν περίβολον, subintelligendum est. Illustravit hanc Ellipsin Iens. Lect. Lucian. p. 157. De Sardibus autem ipsis, earumque arce et muro, doctissime exposuit Hemsterhus. ad h. l.

63) ὁρᾷς] non continet interrogationem, sed pergit Mercur. monstrare Charoni, quae spectare operae pretium esset. Igitur post διαλεγόμενον exstinxi interrogandi signum.

64) Σόλωνι] Per omnem antiquitatem celebratum hoc colloquium est. Vid. Herodot. I, 30 seqq. Scilicet Sardes, opibus florentes, uti aliis omnibus Graeciae sapientibus frequentari solebant, ita etiam a Solone, postquam Atheniensibus leges tulerat, in decennium

τῷ Ἀθηναίῳ διαλεγόμενον· βούλει ἀκούσωμεν αὐτῶν, ὅ, τι καὶ λέγουσι;

ΧΑΡ. Πάνυ μὲν οὖν.

„ΚΡΟΙΣ. Ὦ ξένε Ἀθηναῖε, (εἶδες γάρ[65]) „μου τὸν πλοῦτον, καὶ τοὺς θησαυροὺς, καὶ „ὅσος ἄσημος χρυσός ἐστιν ἡμῖν, καὶ τὴν ἄλ- „λην πολυτέλειαν,) εἰπέ μοι, τίνα[66]) ἡγῇ

peregrinato, aditae ſunt. In qua quidem Solonis commoratione cum Croeſo rege haec, quae ſequitur, diſputatio de fortuna humana habita eſſe narratur. Conſenſiſſent, credo, utrique diſputantes, ſi, de quo iis diſputatio eſſet, inter eos antea conveniſſet, et non alter de fortunatiſſimo, alter de feliciſſimo homine locutus eſſet. Sed ambiguitas vocabuli εὐδαίμων effecit, ut Croeſus rex, ὁ εὐτυχὴς, falleretur.

65) εἶδες γὰρ etc.] Velim ii, qui de particulae γὰρ uſu expoſuere, hoc quoque docuiſſent, reddere eam nonnunquam rationem ſequentiae, Mortt. Dial. XXI, 1. Menippus ſic Cerberum alloquitur: Ὦ Κέρβερε, συγγενὴς γάρ εἰμί σοι, κύων καὶ αὐτὸς ὢν, εἰπέ μοι etc. Siquis tamen nihilominus ſtatuere velit, γὰρ etiam in his antecedentis omiſſae ſententiae rationem reddere, ſupplebit is ἄγε, vel φέρε, et ſequentia verba usque ad εἰπέ μοι, pro ſententia intermedia, ſ. parenthetica habebit; quemadmodum Deor. Dial. IV, 1. Ἄγε, ὦ Γανύμηδες (ἥκομεν γὰρ ἔνθα ἐχρῆν) φίλησόν με ἤδη.

66) τίνα] Indicatur hac voce interrogatio recta, non obliqua. En igitur cauſam, cur poſt εἶναι interrogationis ſignum, temere editoribus neglectum, reponere non dubitaverim.

„τῶν ἀπάντων.[67]) ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον
„εἶναι;

ΧΑΡ. Τί ἄρα[68]) ὁ Σόλων ἐρεῖ;

ΕΡΜ. Θάῤῥει· οὐδὲν ἀγεννὲς, ὦ Χάρων.

„ΣΟΛ. Ὦ Κροῖσε, ὀλίγοι μὲν οἱ εὐδαί-
„μονες. ἐγὼ δὲ, ὧν οἶδα, Κλέοβιν καὶ
„Βίτωνα[69]) ἡγοῦμαι εὐδαιμονεστάτους γενέ-

67) τῶν ἀπάντων] *omnino omnium*. Vulg. πάντων. Sed credibile est, Lucianus scripsisse ἀπάντων, quod quidem Schmiederus e tribus codd. Pariss. recepit.

68) τι ἄρα] Scripsi ἄρα pro vulg. ἆρα praecepta sequens Hermanni [ad Viger. p. 788.] admonitusque scriptura in paragrapho anteced. τίς τ' ἄρ' οὗτος ἄλλος ὁ σεμνὸς ἀνήρ. Verte: quid tandem Solon dicet? *Was wird doch Solon wohl antworten?* Vid. Indic. s. v. ἄρα. Sic etiam Mortt. Dial. XX, 4. verba Menippi legenda hoc modo sunt: ὁ δὲ Σωκράτης, ὦ Αἰακὲ, ποῦ ποτε ἄρα ἐστιν. et reliqua quoque loca, ubi ἄρα post partic. interrogativam legitur, quantumvis haesitaverint Hoogev. de part. p. 93. et Zeun. ad Vig. p. 488. num. 5. ad hanc normam emendari debent.

69) Κλέοβιν καὶ Βίτ.] In eodem Herodoti loco I, c. 31., ubi de Solonis et Croesi disputatione exponitur, traditam etiam legimus hanc ipsam Cleobis Bitonisque mortem, utpote praemium pietatis eorum in matrem, sacerdotem Iunonis Argivae, hoc modo discrimine, quod ibi Tellus Atheniensis primum, secundum vero felicitatis locum hice nostri iuvenes tenent, quem quidem ordinem Luciano, nescio qua de causa, invertere placuit. Philosophi autem et Graeci et Latini hac fabula passim usi sunt, ubi vel de morte, vel de felicitate, vel de alia huius generis materia dispu-

„σθαι, τοὺς τῆς ἱερείας παῖδας, τῆς Ἀρ-
„γόθεν. 70)

ΧΑΡ. Φησὶν οὗτος τοὺς ἅμα πρώην ἀποθανόντας, ἐπεὶ τὴν μητέρα ὑποδύντες εἵλκυσαν ἐπὶ τῆς ἀπήνης ἄχρι πρὸς τὸ ἱερόν.

„ΚΡΟΙΣ. Ἔστω· ἐχέτωσαν τὰ πρῶτα „ἐκεῖνοι τῆς εὐδαιμονίας· ὁ δεύτερος δὲ, τίς „ἂν εἴη;

„ΣΟΛ. Τέλλος 71) ὁ Ἀθηναῖος, ὃς εὖ „τε ἐβίω, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος.

tarent. Vid. Daviſ. ad Cicer. Tuſc. Diſput. I, 47. Ceterum, quum Hemſterhuſ. in Herodoti exemplaribus falſo nomen Cleobis per ω exhibitum eſſe vidiſſet, Reizius edendum curavit Κλέοβιν, per ο.

70) τοὺς τῆς ἱερείας π. τ. Ἀ.] Haec verba Solanus a Charone, quam a Solone, dici maluit, quia ſic venuſtior exiſteret oratio; addam: *et verior.* Nam e Croeſi reſponſo patet, notam ei fabulam iſtam fuiſſe adeo, ut, auditis tantum iuvenum nominibus, intelligeret ſtatim, quos Solon ſignificaret. Accedit, quod vulgo τῆς Ἀργόθεν Charoni male tribuitur, et Schmiederus, codicis Pariſ. auctoritatem ſecutus, primus id Soloni adſcribere non dubitavit. Si itaque optio datur eligendi vel Solani, vel Schmiederi, emendationem, maluerim equidem priorem, utpote venuſtiorem et veriorem.

71) Τέλλος] Vulg. Τέλος. Sed rectius ex Herodoto, aliisque, reſtituitur Τέλλος. De re vid. Herodot. l. c.

„ΚΡΟΙΣ. Ἐγὼ δέ, ὦ κάθαρμα,[72]) οὔ „σοι δοκῶ εὐδαίμων εἶναι;

„ΣΟΛ. Οὐδέπω οἶδα, ὦ Κροῖσε, ἢν μὴ „πρὸς τὸ τέλος ἀφίκῃ τοῦ βίου· ὁ γὰρ θά„νατος ἀκριβὴς ἔλεγχος[73]) τῶν τοιούτων, καὶ „τὸ ἄχρι πρὸς τὸ τέρμα[74]) εὐδαιμόνως δια„βιῶναι.

ΧΑΡ. Κάλλιστα, ὦ Σόλων, ὅτι ἡμῶν οὐκ ἐπιλέλησαι, ἀλλὰ τὸ πορθμεῖον[75]) αὐτὸ

72) ὦ κάθαρμα] Interiectio ὦ et hic, et inferius ante nomen Κροῖσε a Schmiedero recepta, debetur codd. tribus Pariss.

73) ὁ θάνατος ἀκριβὴς ἔλεγχος etc.] Eurip. Troad. v. 509. Τῶν δ' εὐδαιμόνων — Μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θάνῃ. Plures eiusmodi ſententias collegit Barneſ. ad Eurip. Andromach. v. 100. et ad Iphig. Aulid. v. 161.

74) τὸ ἄχρι πρὸς τὸ τ. etc.] In coniectura Hemſterhuſii: τοῦ ἄχρι πρὸς τὸ τ. quae in verſione quoque reddita eſt, non invenio equidem ſagacitatem illam Hemſterhuſianam. Quum enim per τῶν τοιούτων ſatis iam clare, quid vellet ſibi, Solon ſignificaverit, parum pulchre ſequerentur καὶ τοῦ ἄχρι πρὸς τὸ τ. Imo in eo, quod quis ad finem usque vitae feliciter vixit, indicium eſt manifeſtum eorum, de quibus philoſopho diſputatio cum rege fuit.

75) τὸ πορθμεῖον] Praeter neceſſitatem ſimul et contra Graeci ſermonis genium Schmiederus e codd. Pariſſ. edidit παρὰ τὸ πορθμ., quum in omnibus libris praepoſitio omittatur. Quemadmodum enim ſupra ὁ θάνατος dicebatur ἔλεγχος τῶν τοιούτων, ita h. l. τὸ πορθμεῖον ipſum eodem modo ἡ κρίσις περὶ τῶν τοιούτων dici potuit, i. e.

62) ὦ μάταιοι! τῆς ἀνοίας] Exclamationes propter indignationem, abruptae, quemadmodum etiam οὐκ εἰδότες videtur absolute accipiendum esse: O vos inanes! o dementiam! nescii (estis) *quantis* etc. *O über euren Unverstand, ihr Thoren, die ihr nicht wisst etc.* Vid. Fischer. ad Weller III. a. p. 348 sq.

63) Κάτθαν' ὁμῶς] Consarcinata haec non sine iudicio ex variis Homeri versibus. Priores versus ad Iliad. IX, 319. 20. et 368. adumbrati. Legitur autem in Homero Ἐν δὲ ἰῇ, unde etiam in Luciano scribendum sic existimavi. Ἔλλαχε porro recte habet Basil. edit., quemadmodum in Theocrit. Idyll. XVI, 45. ἔλλαχον ἵππων, in exeunte Hexametro. νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα ex Odyss. X, 521. Vitiose autem in Basil. ἀμενυνὰ. Denique κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα ex ead. Odyss. L. XI, v. 538. et 572.

64) ἐπαντλεῖς] Cogitabam primo, scripsisse Lucianum forte ἀπαντλεῖς, ut respexisse Mercurius videretur ad §. 8., ubi Homerus rhapsodias suas evomuisse, et Charon inde sibi nonnulla collegisse dictus est; videbar etiam mihi lectionis huius vestigium deprehendisse in

θέλω σοι δεῖξαι τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον· ὁρᾷς τὸν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ; Σίγειον [65] μὲν ἐκεῖνο τὸ Τρωϊκόν· ἀντικρὺ δὲ ὁ Αἴας τέθαπται ἐν τῷ Ῥοιτείῳ.

ΧΑΡ. Οὐ μεγάλοι, ὦ Ἑρμῆ, οἱ τάφοι. τὰς πόλεις δὲ [66]) τὰς ἐπισήμους δεῖξόν μοι ἤδη, ἃς κάτω ἀκούομεν· τὴν Νῖνον τὴν Σαρδαναπάλου, καὶ Βαβυλῶνα, καὶ Μυκήνας, καὶ Κλεωνάς,

versione Mosellani Latina, cuius haec verba: Papae, quam multa ex Homero hauris; sed, quanquam etiamnum h. l. ad vomitum illum iocose Mercurium respicere, vel maxime credo, tamen simul hoc quoque intelligo, scribi non bene posse: ὡς πολὺν τὸν Ὅμηρον ἀπαντλεῖς, sed cetera quoque corrigenda in hunc modum: ὡς πολὺ sive πολλὰ τοῦ Ὁμήρου ἀπαντλεῖς; vel: ὡς πολλοῦ τοῦ Ὁμήρου ἀπαντλεῖς. Quam quidem mutandi licentiam ab obiectionibus, quae fieri iure possent, noluerim ego lubens suscipere defendendam. Lege itaque cum omnibus: ἐπαντλεῖς, et intellige locum, uti in indice s. v. πολὺς explicatus est.

65) Σίγειον] Nota est Alexandri M. vox, quum is in Sigeo ad tumulum Achillis adstitisset: o fortunate adolescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris! Cic. pro Arch. c. 10. cf. Arrian. I, 4, 10. Plut. Alex. 24. Curt. II, 9. etc. — De Rhoeteo promontorio, Aiacis scilicet asylo, uti Servius illud vocat ad Aeneid. VI, 505. vidend. ad nostrum locum Hemsterhus. Etiam Deiphobo per Menelaum occiso, in hoc Rhoeteo tumulus ab Aenea constitutus narratur Aeneid. l. l. Quanquam id, si conferas lib. II. finem, et III. init., vix vero simile est fieri ab Aenea potuisse.

66) τὰς πόλεις δὲ] Particulam δὲ iure recepit Schmiederus e cod. uno Paris.

καὶ τὴν Ἴλιον αὐτήν. πολλοὺς γοῦν μέμνημαι διαπορθμεύσας ἐκεῖθεν, ὡς δέκα ὅλων ἐτῶν μηδὲ νεωλκῆσαι, μηδὲ 67) διαψύξαι τὸ σκαφίδιον.

ΕΡΜ. Ἡ Νῖνος 68) μὲν, ὦ πορθμεῦ, ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς· οὐδ' ἂν εἴποις 69) ὅπου ποτ' ἦν. ἡ Βαβυλὼν 70)

67) μηδὲ — μηδὲ] Bene habent hae particulae, neque opus est Belini emendatione μήτε — μήτε.

68) Νῖνος] *Ninus* f. *Ninive*, urbs quondam Asiae celeberrima sedesque regum Assyriae nobilissima, capta atque eversa est a Cyaxare, Medorum rege, Herodot. I, 106. Itaque Cyri mai. tempore, in quod dialogus noster incidit, non exstitit amplius. Postea vero conditum eiusdem nominis oppidum in vicinia forte Nini veteris. Sed exiguae illud famae fuisse videtur. Unde non est, quod mireris, Tacitum in Annal. L. XII, c. 13. et Ammian. Marcell. XXIII, 6. de Nino loqui, tanquam oppido, etiamnum exstante. Praeter varias interpretum nostri loci disputationes vid. Cellar. Geogr. Ant. T. II. p. 660.

69) οὐδ' ἂν εἴποις] *Neque dixeris.* Recte igitur Optativum Schmiederus pro Coniunctivo e cod. uno Paris. in textum restituit.

70) Βαβυλὼν] Modum hic Lucianus excedit ad vanitatem urbium magnarum describendam. Neque enim *paullo post* (οὐ μετὰ πολὺ) hoc Mercurii et Charonis colloquium, neque uno ictu interiit Babylon, sed sensim sensimque defloruit, tempestates aliam post aliam experta. Nam Luciani quoque ipsius aevo urbs illa vetustissima stetit, non prorsus quidem contemta. Vid. qui paullo prius Luciano scripserunt Ioseph. Antiqq. XVII, 10. Plin. H. N. VI, 26. De urbis autem ipsius ambitu et pulchritudine adde Herodot. I, 186. et Curt. V, 1.

δὲ σοι ἐκείνη ἐστὶν, ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον, [71]) οὐ μετὰ πολὺ, καὶ αὐτὴ ζητηθησομένη, ὥσπερ ἡ Νῖνος. Μυκήνας [72]) δὲ, καὶ Κλεωνὰς, αἰσχύνομαι [72]) δεῖξαί σοι· καὶ μάλιστα τὸ Ἴλιον· ἀποπνίξεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι τὸν Ὅμηρον κατελθὼν ἐπὶ τῇ μεγαληγορίᾳ τῶν ἐπῶν. πλὴν ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦσαν εὐδαίμονες, νῦν δὲ τεθνᾶσι [73]) καὶ αὗται. ἀποθνήσκουσι γὰρ, ὦ πορθμεῦ, καὶ πόλεις, ὥσπερ ἄνθρωποι· καὶ τὸ παραδοξότερον, [74]) καὶ ποταμοὶ ὅλοι. Ἰνάχου οὖν οὐδὲ τάφρος [75]) ἐν Ἄργει ἔτι καταλείπεται.

71) ἡ τὸν μέγαν περίβολον] int. ἔχουσα. Cf. supra ad §. 9. et 14.

72) Μυκήνας] cf. Pausan. VIII, 33.

73) τεθνᾶσι] Sulpicius in elegantissima epistola ad Ciceron. ad Famill. IV, 5. ita scribit: „Hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidum cadavera proiecta iaceant!" Cf. Senec. Epist. 91. Recepi cum Matthiae τεθνᾶσι e codd. duobus Pariss. et Schol. pro τεθνήκασι.

74) τὸ παραδοξότερον] supple ἐστίν. Inusitatior in hoc ellipsium genere est comparativus. Unde pro interpretamento habenda lectio codd. trium Pariss. παραδοξότατον.

75) τάφρος] Vulg. τάφος. Quae recentius exhibita est, lectio debetur iudicio Tanaquilis Fabri, uti huius filia, Anna, tradit in adnotat. ad Callimach. hymn. in Del. v. 74. Sed fossa illa Argiva, quam e Xenophontis Hist. Gr. IV, 4, 9., Hemsterhusius laudat, nihil ad Inachum fluvium attinebat, imo arte a Lacedaemoniis facta erat in intervallo murorum.

ΧΑΡ. Παπαὶ τῶν ἐπαίνων, Ὅμηρε, καὶ τῶν ὀνομάτων, Ἴλιος ἱρὴ, καὶ εὐρυαγυία, 76) καὶ εὐκτίμεναι Κλεωναί! Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, τίνες εἰσὶν οἱ πολεμοῦντες ἐκεῖνοι, ἢ ὑπὲρ τίνος ἀλλήλους φονεύουσιν;

24. ΕΡΜ. Ἀργείους 77) ὁρᾷς, ὦ Χάρων, καὶ

76) Ἴλιος ἱρὴ καὶ εὐρυάγυια] E codd. duobus Pariss. Schmiederus pro Accusativo dedit rectum casum, qui cum εὐκτίμεναι Κλεωναὶ conveniret. Sunt autem haec epitheta Homerica, quorum alterum, ἱρὴ, saepius alterum, εὐρυαγυία legis Iliad. II, v. 141. Quod vero sequitur, desumtum ex Iliad. II, v. 570.

— — ἐϋκτιμένας τε Κλεωνάς.

77) Ἀργείους] Lis Spartanos inter et Argivos orta erat de possessione agri, qui Thyrea a vicino oppidulo Thyre dicebatur, et convenerat inter eos, ut ex utrisque trecenti electi inter se contenderent, et, cuius civitatis cives victoriam reportassent, ea possideret Thyreatida. Occisis reliquis supererant ex Argivis duo, Alcenor et Chromius, e Lacedaemoniis unus Othryades, isque letali vulnere ictus. Iam petentibus illis Argos, ut victoriam civibus nunciarent, Othryades, pro mortuo ab his neglectus, surgit, armis quam plurimis collectis tropaeum erigit, et, postquam sanguine suo inscripsit: Διῒ Τροπαιούχῳ (Plutarch. Parall. citante Hemsterhusio) animam efflat. Vid. Herodot. I, 82. et Valer. Max. L. III. c. 2. ext. 4. qui posterior hanc rem ideo tangit, ut Othryadis fortitudo inde appareat. Ceterum commemorandum h. l. olim vulgo exhibitum fuisse: τῷ αὐτοῦ ὀνόματι, Brodaeum vero Miscell. IX, 10. et Barthium ad Statii Thebaid. IV, 49. coniecisse: τῷ αὐτοῦ αἵματι. Felicissima profecto emendatio, magis sua probitate, quam Longoliani codicis assensu commendata! Vid. Hemsterh. ad h. l.

Λακεδαιμονίους, καὶ τὸν ἡμιθνῆτα ἐκεῖνον στρατηγὸν Ὀθρυάδην, τὸν ἐπιγράφοντα τὸ τρόπαιον τῷ αὑτοῦ αἵματι.

ΧΑΡ. Ὑπὲρ τίνος δὲ αὐτοῖς, ὦ Ἑρμῆ, ὁ πόλεμος;

ΕΡΜ. Ὑπὲρ τοῦ πεδίου αὐτοῦ, ἐν ᾧ μάχονται.

ΧΑΡ. Ὢ τῆς ἀνοίας, οἵγε[78]) οὐκ ἴσασιν, ὅτι, κἂν ὅλην τὴν Πελοπόννησον ἕκαστος αὐτῶν κτήσωνται, μόγις ἂν ποδιαῖον λάβοιεν τόπον παρὰ τοῦ Αἰακοῦ· τὸ δὲ πεδίον τοῦτο ἄλλοτε ἄλλοι γεωργήσωσι πολλάκις ἐκ βάθρων τὸ τρόπαιον ἀνασπάσαντες τῷ ἀρότρῳ.

ΕΡΜ. Οὕτω μὲν ταῦτα ἔσται· ἡμεῖς δὲ καταβάντες ἤδη, καὶ κατὰ χώραν εὐθετήσαντες αὖθις τὰ ὄρη, ἀπαλλαττώμεθα, ἐγὼ μὲν, καθ᾽ ἃ ἐστάλην,[79]) σὺ δ᾽ ἐπὶ τὸ πορθμεῖον· ἥξω δέ σοι μετ᾽ ὀλίγον καὶ αὐτὸς νεκροστολῶν.

78) ὢ τῆς ἀνοίας, οἵγε] Non apparet hic, quid ad οἵγε referendum ſit. Vel accipe abſtractum τῆς ἀνοίας pro concreto τῶν ἀνοήτων. Vel, ſi hoc praeplaceat, intellige: ὢ μάταιοι τῆς ἀνοίας, οἵγε etc., ut ſupra §. 22. Vel denique, id quod mihi quidem rectiſſimum videtur, hanc ſtatue ellipſin; ὢ τῆς ἀνοίας ἐκείνων, οἵγε.

79) καθ᾽ ἃ ἐστάλην] καθὰ eſt *ſicut, quemadmodum, quomodo*. Nihil horum convenit loco noſtro. Legendum igitur καθ᾽ ἃ, quod quidem non ſolum Bipont. verſio expreſſit, ubi haec legis: *ego ad ea peragenda, quorum gratia iter ingreſſus ſum* (miſſus ſum), ſed etiam invenit Belinus in cod. uno Pariſ.

ΧΑΡ. Εὖγε ἐποίησας, ὦ Ἑρμῆ· εὐεργέτης ἐς ἀεὶ [80]) ἀναγεγράψῃ. ὠνάμην δέ τι διὰ σὲ τῆς ἀποδημίας .... οἷά ἐστι [81]) τὰ τῶν κακοδαιμόνων ἀνθρώπων πράγματα· (βασιλεῖς, πλίνθαι χρυσαῖ, ἑκατόμβαι, μάχαι·) Χάρωνος δὲ οὐδεὶς λόγος.

80) ἐς ἀεὶ] Sic optime codd. duo Pariss. et edit. Schmieder. pro vulg. ἀεί. Nam non *semper*, sed semel, et in sempiternum quidem tempus, Charon vult, Mercurii nomen, ut benefactoris sui, tabulis suis inscribere.

81) οἷά ἐστι etc.] Haec ultima verba Charon secum murmurans dicere existimandus. Continent autem ea utilem eorum summam, quae et portitor, duce Mercurio, ex hac peregrinatione ad vitam didicerit, et quae Lucianus legentibus quasi inclamat: cogitent, scil. quam vana et misera sit hominum conditio, quamque utile, atque consultum meminisse mori! Quod quidem utrumque per totum colloquium ita ad oculos demonstratum est, ut non solum iis, quibus forte res terrestres, uti Charoni, incognitae fuerint, sed vel indigenis terrarum ipsis, qui mala coecitate capti tenentur, id non possit non vel maxime elucere. Ad ea quinque verba quod attinet, quae et ego cum Schmiedero uncinis includenda curavi, quo saepius ea leguntur et releguntur, eo minus dubium esse potest, quin recte iudicaverit Hemsterhus., qui his venustissimum opusculum ineptissime finiri declararet. Neque enim haec recensio rerum in hoc libello tractatarum plena est, quia desiderantur nonnulla, neque fidelis, quoniam ἑκατόμβαι commemorantur, de quibus in libro ipso nihil legimus, neque si vel plena ac fidelis sit, elegans atque Luciani ingenio digna. Nam quemadmodum omnino strigosus argumenti index, cuicunque libro additus, nihil habet elegantiae, veteribusque nunquam facile in usu fuit, ita in primis Dialogi summam in fine frigidis verbis repetere putidi profecto scriptoris est, quique magis in elegantioris aetatis Grammaticum, vel Scholiasten, quam Lucianum, mellis Attici plenissimum, aequet.

SCHOLIA IN CHARONEM

E VARIIS CODICIBVS COLLECTA.

Παρὰ τοῦ Ἅδου] Πλούτωνος. Cod. Voſſ. §. 1.

Ὁ Θέτταλος] Ὁ Πρωτεσίλαος. C. V.

Ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα] Ὡς ἐπιστάμενος σὺ ὁ Ἑρμῆς ἅπαντα. Cod. Graev.

Τεταγὼς] Ὁ διατείνας καὶ τινάξας καὶ ῥίψας. Ἀπὸ τοῦ τάζω τὸ τείνω καὶ ἕλκω, ὁ μέλλων τάξω. Ὁ παρακείμενος τέταγε· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔταγον, καὶ ἡ μετοχὴ, ὁ ταγὼν, καὶ ἀναδιπλασμὸν τεταγών. C. V.

Πρόσκωπον εἶναι] ἐπὶ τῇ κώπῃ εἶναι. V. Ἀντὶ τοῦ ἐρέττειν, ἤτοι ἐπὶ τῇ κώπῃ εἶναι. V.

Ὤμους] ὡς παλαιστὴν διαπαίζει. V.

Περιήγησαι] λεπτομερῶς εἰπέ. V. Περιεκτικῶς διήγησαι, τοῦτ᾽ ἐστι, κατὰ περιεκτικὴν πάντων διήγησιν. Cod. Pariſ. 2954.

Σφάλλονται] ἀποτυγχάνουσι. V.

§. 2. Οὐκ ἀκόνδυλον] Κόνδυλος, ὁ ἐν τῇ συνηθείᾳ γρόνθος.[1]) V.

§ 3. Ὀλίγον τοῦ ποδὸς] Ποῦς λέγεται τὸ σχοινίον τὸ κατέχον κάτωθεν τὸ ἱστίον. V.

Τῷ πνέοντι] Τῷ πνεύματι. V.

Τοὺς Ἀλωέως υἱέας δύο] Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην. V.

§. 4. Ἥκιστα ποιητικὸς] Οὐδαμῶς ποιητῶν ἔμπειρος. V.

§. 5. Οἰκοδομητικῆς] Οἰκοδομῆς. V.

1) Γρόνθος] Quid est γρόνθος? An γρόνθων legendum? quod exponit Hesychius ἀναφύσησιν, ἣν πρώτην μανθάνουσιν αὐληταὶ καὶ κιθαρισταί. Ita ut per γρόνθωνα exponat Scholiastes κόνδυλον, quia ex ictu sive pugno, qui est κόνδυλον, oriatur in cute tumor, hoc est, ἀναφύσησις. IENS. Vocabulum rarius et Graecae linguae communis initio Pat. Iunium in Ep. Polycarpi §. 2. ἀποδιδόντες γρόνθον ἀντὶ γρόνθου, fefellerat: postea didicit exemplis oblatis alibi quoque occurrere. Schol. Homer. ad Il. B, 219. Achilles Thersiten γρόνθῳ παίσας ἀναιρεῖ, plane ut Hercules Cyathum πλήξας κονδύλῳ ἀνεῖλεν apud Enarrat. Apoll. Rh. ad I, 1212. χεῖρα κραταιὰν Quintus Calaber testis a Scholiaste parvo citatus vocat. I, 740. Solemne est Grammaticis πυγμὴν et κόνδυλον exponere γρόνθον. Hesych. in πυγμή, πύκτας, πύξ. Etymolog. in πυγμαίας, τὸν γρόνθον τῆς χειρός. Tzetz. ad Lycophr. v. 981, 999. Ioann. Diacon. ad Hesiod. Ἀσπ. v. 302. κονδυλίζοντες ἀλλήλους ἤγουν τῷ γρόνθῳ βάλλοντες. Iudic. III, 16. Aquila et Symmachus γρόνθου παλαιστιαίου dederunt, ubi in Graecis et Theodotione fuit σπιθαμῆς· cuius admonitus sum ab egregio viro Io. Iac. Wetstenio. Propius ad originem inferior aetas extrito ν accessit: vide Io. Meurs. Gl. GB. et Du Cangium in Γρόθος. Hesychii γρόνθων ab eodem fonte derivatus invenitur etiam apud Poll. IV, 83. sicuti iam pridem H. Stephanus observavit in Ind. Th. HEMST.

Συντριβέντες τῶν κρανίων] Ἀττικὴ ἡ σύνταξις· τὸ δὲ κοινὸν, συντριβέντες τὰ κρανία. τὰ γὰρ πρὸς [2]) πεῖσιν ἢ δρᾶσιν αἰτιατικῇ συντάσσεται. Ἔπαθον τὴν ψυχὴν, Συνέτριψα τὴν λήκυθον. Οὕτως οὖν καὶ τοῦτο πρὸς αἰτιατικὴν ἔδει ἀποδοθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ φιλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὸ ἐπὶ μέρους, λέγεται ὡς τὸ, ἔφαγον τοῦ ἄρτου, ἔπιον τοῦ οἴνου, οὕτω κἀνταῦθα, συντριβέντες τῶν κρανίων. V.

Τορύνην [3])] Εἶδος ξύλου στρογγύλου· ἢ τὸ σκαμβὸν ξύλον καὶ οὐδέποτε ὀρθόν. V. §. 7.

Ἐκεῖνος ἀπήμησε τῶν ῥαψῳδιῶν] Ὅτι Γελάτα [4]) ὁ ζω-

2) τὰ γὰρ πρὸς] Amft. ed. ἢ γὰρ et ἐνέτριψα τὴν λ. quod ne Graecum quidem eft: utrumque recte legebatur in libro Voffiano, confentiente Thoma M. in Ἔπαθον τὴν ψυχήν. HEMST.

3) Τορύνον] Lege: τορύνην· et ita legiffe Excerptorem video. SOLAN. Non aliter in V., fed quid fibi velit Scholiastes, parumper obfcurum eft. Non equidem improbavero tudiculam explicari εἶδος ξύλου στρογγύλου, quoniam talis in materia lignea figura fatis huic inftrumento conveniet: verum quo pertinet ἢ τὸ σκαμβὸν ξ. quod fi τορύνην exponit, fcribendum potius fuerat ἤ τι σκαμβὸν ξ. Nunc paroemiae notae verba propemodum integra habes, Τὸ σκαμβὸν ξύλον οὐδέποτ' ὀρθόν, ut apud Suidam legitur et Mich. Apostolium, vel, ut in App. Vatic. c. III, n. 100. Τὸ σκαληνὸν (eum in modum refingo σκαλινὸν) ξύλον οὐδέποτε ὀρθοῦται. Ideone haec addidit, ut in tudicula ligni arte nulla corrigendi, quale proverbio ferebatur, exemplum oftenderet? HEMST.

4) Γελάτα] Libuit hic relinquere lectionem MS. Codicis, ut librarii appareret imperitia, qui non vidit hic effe nomen pictoris, neve in nos menda, quae tolli non

γρύφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους. V.

§. 8. Φέρει διὰ τοῦ σταδίου μέσου] Στάδιον ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος καὶ μέρος τι τοῦ μιλίου· Ζ' γὰρ καὶ στ' στάδια [5]) ποιοῦσι μίλιον. Μίλωνος τούτου φέρεται καὶ ἄλλα τῆς κατὰ τὸ σῶμα ἀλκῆς θαύματα· φασὶ γὰρ [6]) αὐτὸν Πυθαγόρειον ὄντα μαθῆσαι μετὰ τῶν ὁμιλητῶν ἐν οἰκίᾳ, ἧς ὑποσαθροῦ τινὸς τοῦ στύλου ὄντος, ὑποβάντα [7]) τὸ πεπονηκὸς τῆς οἰκίας τὸν στύλον πρότερον παρωσάμενον ἐκείνους τε σῶσαι,

potuerunt, coniicerentur. Legendum est, ὅτι Γαλάτων, ut liquet ex Aeliano V. H. XIII, 22. ex quo lux huic loco haud dubia, qui vicissim Aelianum tuebitur adversus eos, qui frustra eum emendare conati sunt. CLER. Cum Clerico facio: longe alius est Eladas vel Geladas Argivus, Phidiae praeceptor, de quo Perizonius cogitabat. Ceterum haec Scholiastae verba iam fuerant a Fr. Iunio in lucem prolata Catal. Artif. in *Galato*. Vide praestantiss. Fabricii B. G. I, c. 7. §. 1. HEMST.

5) Ζ' γὰρ καὶ στ' στάδια] Errat Scholiastes. Octo stadia miliare conficiunt. SOLAN. Καὶ στ', quae deleri volebat Solanus, intelligenda sunt καὶ ἥμισυ. Persimilis est ac paene eadem notae forma, qua Graeci dimidium significant. Facile Scholiasten erroris absolvent, quae disputavit Dodwellus Diss. de Per. Anon. Eux. Mar. §. 4, 5. HEMST.

6) φασὶ γὰρ] In vicem peccatorum ed. A. φασὶν αὐτὸν στύλον τροπίδιον — ἑταίρους τε — ὑπεξαγεῖν genuinas Vossii membranae lectiones restituimus. Mox impressum fuit ὅτι καὶ τοῦ ζῆν etc. quod et a veteri lectione discedit, et structuram legitimam violat. HEMST.

7) Ὑποβάντα] Strabo VI, p. 263. A. ὑποδύντα. SOLAN.

καὶ ἑαυτὸν ἀκέραιον ὑπεξαγαγεῖν. Λέγεται καὶ τοῦτο, ὃ καὶ τοῦ ζῆν αὐτὸν ἀπήλλαξεν, ὡς βαδίζων παρ' ὕλην τινὰ παρατύχοι κορμῷ μεγάλῳ,[8]) ὃν βιαζόμενος πρὸς τὴν διάστασιν, τοὺς σφῆνας μὲν ἐκπεσεῖν, αὐτὸν δὲ περισχεθέντα τῇ συμπτώσει τῶν μερῶν ἀφύκτῳ[9]) πάγῃ θηρίων ὑπάρξαι θοίνην. V.

Τὴν τὸ τριπλοῦν] Ὑπακουστέον τὸ ἔχουσαν. V. §. 9.

Ἀοίδιμον] Ὑμνητόν. V. §. 11.

Ἀβελτερίαν] μωρίαν, ἄνοιαν. V.

Καὶ ἕρμαιον] Ἕρμαιον τὸ εὕρημα προπαροξυτόνως.[10]) §. 12.
τὸ δὲ Ἑρμοῦ κτητικὸν προπερισπᾶται. Ἄλλοι δὲ φασιν, ὅτι τὸ κτητικὸν Ἑρμεῖος ἐστὶ, καὶ Ἕρμειος ἐκθλίψει τοῦ ι, ἀλλ' οὐ Ἑρμαῖος. V.

Ἐφεστρίδα] Διπλοΐδα. V. §. 14.

Εὖγε παρῳδεῖς] Καλῶς γε ἄλλην[11]) ᾄδεις ᾠδήν. V.

8) Κορμῷ μεγάλῳ] Adde ex Strabone ἐσφηνωμένῳ. SOLAN.

9) Ἀφύκτῳ] Vitium V. ἀφύκῳ bene correctum fuit in ed. A. De casu Milonis breviter et satis commode vetus interpr. ad Ib. Ovid. v. 611. Milo Crotoniates, fretus viribus suis, quercum hiantem diducere conatus est: sed cuneis exeuntibus in medio conatu substitit praeda lupis. Propius etiam ad Scholiastae nostri narrationem accedit Gell. N. A. XV, 16. Verum Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 369. dum concinnae brevitatis sophisticum acumen affectat, paene ridiculus evasit: ἀποσφηνωθεὶς δένδρῳ τὰς χεῖρας ἐν τῷ τῆς οἰκείας ῥώμης πειρᾶσθαι, σφιγκτῷ θανάτῳ τὸν βίον μετήλλαξε. HEMST.

10) Προπαροξυτόνως] Ita V. non προπαροξύτονον, ut ed. A. De accentu vocis ἕρμαιον vide Eustath. ad Odyss. II, p. 1809. HEMST.

11) Ἄλλην etc.] Suidas: Παρῳδήκει, ἄλλην ᾖσεν ᾠδήν. Sed ea potestas inepte quadrat Luciani loco. HEMST.

Πανεύδαίμονα] Εὐτυχία εὐδαιμονίας διαφέρει· ἡ μὲν γὰρ εὐτυχία ἐπὶ ἑνὸς ἀγαθοῦ λαμβάνεται, ἡ δὲ εὐδαιμονία ἐπὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἢ ἀρετῶν, ἢ χρημάτων. Cod. P. 2954.

§. 15. Τὴν δὲ πληθὺν, ὦ Χάρων, ὁρῶ[12])] τοὺς γεωργοῦντας, τοὺς δανείζοντας, τοὺς προσαιτοῦντας. V.

§. 17. Χρῆσθαι] χρήσασθαι. V.

Ἀγγέλων[13])] Ἐπιόντων. V. ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τῶν ἐπιόντων. G.

§. 19. Πομφόλυγας] Ἄγαν εὐφυὲς[14]) παράδειγμα. V.

§. 21. Ὦ γεννάδα[15])] Ὦ γενναῖε καὶ εὐγενέστατε. V.

§. 23. Τεθνήκασι] Τεθνᾶσι. V.

Ἀναγεγράψῃ] Φανερῶς γεγράψῃ. V.

12) Ὁρῶ] Prima haec vox male habet; nec, quid voluerit Scholii auctor, patet, cum trunca tantum textus verba afferat. SOLAN.

13) Ἀγγέλων] Hic pravum, quo utebatur, codicem ex meliori emendabat. SOLAN. Quorſum haec ſpectet annotatio, non intelligo. Primus enarrator forte ſtructuram expedire voluit: ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τῶν ἐπιόντων ἀγγέλων τε καὶ ὑπηρετῶν, ὡς εἰπεῖν· quam ſuſpicionem iniiciunt Exc. G. poſtmodum illa deſcribendo ſunt corrupta. HEMST.

14) Εὐφυὲς] In V. et A. ed. ἐμφυές· quod tanquam alienum in hoc loco ab uſu Graeci ſermonis emendare non dubitavi. HEMST.

15) Ὦ γεννάδα] Lege: Ὦ γεννάδαι] ὦ γενναῖοι καὶ εὐγενέστατοι. SOLAN. Sic in ipſo Scholiaſta, ne ſcilicet ab editis Luciani exemplaribus diſſentiret, reſtitutum iverat vir doctus: ego variae lectionis veſtigium hoc retinere conſultius putavi. HEMST.

INDEX GRAECITATIS.

A.

Ἀβέβαιος, infirmus. τὸ ἀβέβαιον τῆς τύχης, inſtabilis fortunae natura §. 18. Sic Pacuvio ap. Auct. ad Herenn. II, 23. fortuna dicitur inſtabilis.

Ἀβελτερία, ſtultitia, demencia §. 11. Nam, quod huic voci ſubeſt hominum vitium, idem illud aliis locis, v. c. §§. 15. 22. 24., exprimitur voc. ἄνοια. Ceterum in Fragment. Eurip., quod legitur Plutarch. Op. Moral. p. 1269. Steph. homines, qui, domeſtica ſalute gaudentes, aliam adſcititiam quaerant, ἀβέλτεροι dicuntur, i. e. inepti, dementes.

Ἀγαμέμνων κρείων §. 22. *rex Mycenenſium.*

Ἄγαν, ſupra modum, nimis, πέρα τοῦ μετρίου (Deor. Dial. VI, 3.). ἡ ἄγαν σπουδή, vehemens ſtudium §. 17.

Ἀγανακτεῖν, ſimpliciter indignari §. 2. 12. 18. cum praepoſ. πρὸς et Accuſ. indigne ferre aliquid §. 17.

Ἄγγελος, nuncius §. 17.

Ἄγειν ἡσυχίαν et τὴν ἡσυχίαν, quieſcere, quieti ſe dare §. 3. Similiter dicitur σχολήν, εἰρήνην ἄγειν. Ἄγειν καὶ φέρειν §. 15. dicuntur ii, qui vel agitant, vexantque alios, vel regionem qualemcunque diripiunt et depraedantur. Deor. Diall. VI, 3. Amor Iovem ἄγει καὶ φέρει, τῆς ῥινὸς, φασὶν, ἕλκων. Vid. Viger. de idiotiſm. p. 223. cf. ibi Hoogeveen p. 317.

Ἀγεννὴς, humilis, qui non eſt generoſi animi §. 4. οὐδὲν ἀγεννὲς ἐρεῖ nihil quod indignum ſit generoſo homine §. 10. Omnino notandum eſt, ἀγενὴς referri ad genus et natales, ἀγεννὴς vero ad ingenium et ſtudia hominis. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 388.

Ἄγνοια, ignorantia §. 3. 15. ſi quidem lectio vera eſt, et §. 21.

Ἀγρὸς, ager. §. 20.

Ἀγωγὴ, aſportatio. §. 17.

Ἀδακρυτὶ, ſine lacrimis §. 1.

Ἀθηναῖος, Athenienſis §. 9. 10.

Ἀθλητὴς, athleta §. 8. 17. certator gymnicus.

Ἄθλιος, miſer §. 14. 17.

Αἶ αἶ, heu, heu! §. 17.

Αἰακὸς, Aeacus, unus e tribus inferorum iudicibus §. 24. Orci publicanus §. 2.

Αἴας, Aiax, Telamonis filius, ante Troiae portas, quod Achillis arma non ſibi, ſed Ulyſſi, adiudicata erant, ſe ipſe interfecit, et in Rhoeteo, promontorio Troiano, ſepultus eſt §. 23.

Ἀιδεῖν, decantare §. 7.

Ἅιδης, Pluto, inferorum deus §. 1. ἐν Ἅιδου, int. οἴκῳ, in Orco. Vid. Fiſcher. ind. Aeſchin. voc. Ἅιδης.

Ἀΐδιος, aeternus §. 20.

Αἰθιοπία, Aethiopia, §. 13. terra Africae, ultima verſus meridiem, quae ſub Cyri ditione eſſet. Vid. Xenoph. Cyrop. VIII, 8. 1.

Αἷμα, ſanguis §. 13. 24.

Αἱρεῖν, ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον §. 7. per Tmeſin pro ἀφέλον (poet. pro ἀφεῖλον) ὀφθαλμῶν ἀχλὺν, ademi, abſtuli oculis caliginem.

Αἴρειν, tollere. ὁπόταν τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, §. 3. quando fluctus alte ſublatus eſt (Cic. Tuſc. V, 13.) cf. §. 19. Medium αἴρεσθαι non raro ſimpliciter eſt: attollere. ἀράμεναι τὸ Πηλίον §. 4. ἀράμενος τὸν ταῦρον §. 8.

Αἴσιος, fauſtus, boni ominis §. 7. οὐ πάνυ αἴσιός τις ᾠδὴ, carmen non valde fauſtum ſ. auſpicatum.

Αἰσχύνεσθαι seq. Infinit., pudore affici. Κλέωνας αἰσχύνομαι δεῖξαί σοι, Cleonas pudet me tibi monstrare.

Αἰτεῖσθαι cum παρὰ, seq. Infinit., petere, rogare §. 1. Discrimen illud, quod inter Activum et Medium Grammatici statuerunt, quod αἰτεῖν scil. esset petere ab aliquo, quod reddere aliquando nolis; αἰτεῖσθαι vero petere tale quid, quod redditurus sis (Vid. Thom. Mag. s. v. αἰτοῦμαι et ibi interprett.), argutius est quam verum; contrarium enim clamant sexcenta optimi cuiusque scriptoris loca. Tamen non debebant ii, qui de verbis Graecorum mediis scripserunt, istud qualecunque Grammaticorum dogma plane silentio praeterire. Rei quidem naturae magis consentaneum est credere, αἰτεῖν esse: petere aliquid in alius cuiusdam usum, αἰτεῖσθαι vero: sibi petere. Vid. Theophrast. charact. 11, 5. cf. 18, 2. Xenoph. Hist. Gr. I, 6, 6. quamquam neque hoc discrimen in omnibus ac singulis confirmatum reperitur. Vid. Fischer. ind. Aeschin. In hoc Luciani loco αἰτεῖσθαι, clarum est, habere vim Medii propriam: sibi petere.

Αἴτιος, ία, ιον, adiectivum, cui non responderi satis in Latina quidem lingua potest. Accommodari autem plerumque solent Substantiva: causa, princeps, auctor. Et prius quidem, quum vel Femininum genus occurrit; veluti Xenoph. de vectigg. II, 1. τούτων ἁπάντων ἡ χώρα αἰτία ἐστὶ, causa est; vel Neutrum, e. g. in nostro libello §. 2. τουτὶ τὸ πρᾶγμα πληγῶν αἴτιον καταστήσεταί μοι, haec mihi res verberum causa existet, h. e. haec res eiusmodi est, ut propter eam verear, ne, quum rediero, fustibus pectar; et §. 17. ἀλλὰ τὸ αἴτιον, ὅτι etc. sed huius rei causa haec est, quod etc. Vide ibi adnotata. Quum vero in Masculinum incideris, verti fere poterit: auctor, vel princeps. Deor. Dial. VI, 3. ἡμεῖς τούτων αἴτιοι.

Αἰχμάλωτος, bello captus ab αἰχμὴ, bellum, et ἁλῶναι, capi §. 13. ὁ χρυσὸς αἰχμάλωτος §. 12. aurum bello partum.

Αἰωρεῖν, sursum tollere, elevare. Pass. αἰωρεῖσθαι vel sublatum esse, ἀπὸ γῆς, §. 16. vel sublatum pendere, suspensum esse, *schweben.* ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμεναι (spes) capiti impendentes, s. super capite hominis suspensae §. 15.

Ἀκαρὴς, Pollux. Onomast. II, 33. ἀκαρὲς μέντοι τὸ μικρὸν λέγεται, ὃ διὰ σμικρότητα οὐκ ἔστι κεῖραι, quod tam parvum est, ut secari, dividi, minui nequeat, individuum. Phrasis igitur nostra ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου §. 14., quae etiam in Timon. Lucian. sect. 23., legitur, significat momento, puncto temporis: *in einem Nu.*

Ἀκμὴ, flos aetatis, robur iuvenile §. 8. Hesych. ἐν ἀκμῇ· ἐν δυνάμει.

Ἀκόνδυλος, venit a κόνδυλος, tuber, vibex. Prometh. 10. κονδύλους ἐντρίβειν τινὶ, vibices infligere alicui. Timon. 57. ἐμπλήσω σοι τὴν κεφαλὴν κονδύλων, obruam tibi caput tuberibus. οὐκ ἀκόνδυλος igitur μισθὸς est merces non expers tuberum: quae non sine tuberibus solvitur.

Ἄκρα, culmen, vertex §. 5.

Ἀκριβὴς, accuratus, diligens: ἀκριβεστέρα σκοπὴ §. 3. ἔλεγχος ἀκριβὴς, index diligens §. 10. cf. Mort. Dial. XXI, 2. Neutrum ἀκριβὲς adverbialiter pro ἀκριβῶς occurrit §. 6. οὐδὲν ἀκριβὲς ἔγωγε ὁρῶ, nihil equidem accurate video.

Ἀκριβῶς, accurate §. 2. πάντα καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ἰδεῖν, omnia ac singula clare videre.

Ἀκροάσεις, res auribus gratae, cuiusmodi ap. Graecos erant recitationes, declamationes, cantus, facete dicta, acroamatum illorum; de quibus Ernestius agit in Excurs. VIII. ad Sueton. Aptissime igitur Lucianus Sirenum cantilenas ob gratiam et blanditiam earum appellat ἀκροάσειν Σειρήνων §. 21.

Ἀκρόπολις, arx §. 9. Sardium, triplici muro circumdata. Vid. ibi notas.

Ἀλγεινὸν, quidquid dolorem, aerumnam, molestiam creat; proficiscitur enim ab ἄλγος, dolor. Huius loci esse videtur monere, hanc vocem nunquam de hominibus, qui dolore afficiuntur, quive in miseriis versantur, sed semper dici de rebus, quae dolore tristitiave afficiunt homines §. 14. Cf. Aeschin. Axioch. 12. ἀλγεινὴ ἀπότευξις, molesta repulsa. Eurip. Hippol. 775. ἀλγεινὸς ἔρως, amor molestus. Ibid. 348. τὸ ἀλγεινὸν opponitur τῷ ἥδιστῳ, Aeschin. Axioch. 5. τοῖς ἀλγεινοῖς opponuntur τὰ ἥδοντα. Synonym. ἀνιαρός. Platon. Gorg. Sect. 35. ἀλγεινὸν int. ἐστὶ,

dolore afficit. Lucian. bis accuſ. 20. τὸ ἀλγεινὸν (dolorem) δεδιότες. Heſych. ἀλγεινή· χαλεπή· Nemini igitur facile probata fuerit lectio ἀλγεινότεροι καταπεσούμενοι Charon. §. 14. quam non dubitavit Schmiederus recipere pro vulg. ἀλγεινότερον. Eſt autem ἀλγεινότερον adverbialiter intelligendum, acerbius, gravius, deciſuri. Cf. §. 3. phraſin ὑψηλὸν αἴρειν, alte tollere.

Ἀλήθεια, veritas. οὐ φέρει τὴν ἀλήθειαν §. 13. non fert veritatem. πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποκλίνοντες §. 21. qui veritatis ſtudioſi ſunt.

Ἀληθής, verus §. 4. ἀληθέστατα ibid. int. ἴσεί.

Ἁλίσκειν, vel potius aor. 2. ἁλῶναι, et praeterit. act. ἑαλωκέναι, capi. Κροῖσον ἁλῶναι ὑπὸ Κύρου §. 13. Croeſum a Cyro captum iri. Vid. de hoc verbo Viger. p. 179. de idiot. et ibi Hoogeveen., et Fiſcher. Animadvv. ad Weller. III. p. 26. ſqq.

Ἀλλήλων, inter ſe, invicem. πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμοῦνται ἀρχῶν πέρι ἁμιλλώμενοι, ambitioſe inter ſe certant de imperiis §. 20. ἀλλήλους φονεύουσι, ſe invicem occidunt §. 24.

Ἄλλοτε, alio tempore, alias. Notanda eſt phraſis: ἄλλοτε ἄλλος modo hic, modo alius. Lucian. Hermotim. 59. ἄλλα ἄλλοτε λέγειν πέρὶ τῶν αὐτῶν, nunc haec, nunc alia dicere de iisdem rebus; oppoſ. ibi ταὐτὰ λέγειν. Platon. Gorg. 37. ἄλλοτε ἄλλων ἐστὶ λόγων, modo haec dicit, modo illa; ſermo ibi eſt de homine inconſtanti, cui opponitur is, qui ἀεὶ τῶν αὐτῶν λόγων ἐστί. Eurip. Alceſt. v. 189. Ἠσπάζετ' ἄλλοτ' ἄλλον, ὡς θανουμένη. h. e. ſalutabat modo hunc, modo alium, tanquam moritura. Ex his clarum eſt, quid ſit §. 24. τὸ πέδιον τοῦτο ἄλλοτε ἄλλοι γεωργήσουσι, hunc agrum alii atque alii colent, ſ. alii poſt alios, ut Salluſt. Iugurth. 55, 8. et 63, 5.

Ἄλλως, proprie, alio modo, aliter §. 19. οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως γενέσθαι, fieri enim aliter non poteſt; deinde: temere, ut fors fert §. 1. ubi ἄλλως πλανᾶσθαι eſt: temere circumvagari, nulla regionum terreſtrium ſcientia. Heſych. ἄλλως· ματαίως, ὡς ἔτυχεν. Vid. omnino Fiſcher. ad Platon. Criton. 6. not. 15. et Zeun. ad Viger. p. 377 ſq.

Ἀλωεύς, Aloeus §. 3. unus Gigantum, pater Oti et Ephialtis,

qui inde dicuntur Aloïdae gemini. Virg. Aen. VI, 582. De horum conatu, et fato narrat Ulysses Odyss. XI, 305—320.

Ἅμα, una, simul, §. 10. et 4., ubi ῥαδίως ἅμα καὶ ποιητικῶς, est: non minus facile, quam poetice. Caes. B. Gall. IV, 32. *simul* equitatu *atque* essedis circumdederunt. Latini hoc sensu voce *simul* bis uti solent, e.g. Caes. Gallic. IV, 13. simul sui purgandi causa, simul, ut impetraret. Tacit. Agric. 25. simul terra, simul mari. Deinde frequentissimus huius voculae usus est, quod coniungitur cum praepos. σὺν, adeo, ut, ubicunque simplex Dativus reperiatur iunctus, praepositio supplenda sit. Sic ἅμα (σὺν) τῇ ἡμέρᾳ, primo mane. Anab. Xenoph. IV, 1, 4. et inumera alia exempla. Cf. illud Ovidii Trist. V, 10, 29.

> Quippe *simul nobis* habitat discrimine nullo
> Barbarus.

Vid. L. Bos Ellips. p. 466. edit. Hal. Haec praemisi illustraturus locum §. 19. εἰ δὲ ἅμα τῷ ξυστῆναι ἐπαύσαντο, in quo Infinitivus cum articulo, id, quod notum est, nominis loco habendus, et intelligenda est praepositio σὺν, hoc sensu: alii vero, simulac coaluerunt, corruunt. Alia huius loquendi rationis exempla praebebit Viger. p. 379. ibique Hoogeveen.

Ἀμαθία, inscitia, ignorantia §. 15. Opponitur fere τῇ σοφίᾳ. Αἱ ἀμαθίαι vero sunt ea, in quibus se exserit inscitia; facta, in quibus coecitas mentis sese conspicuam reddit aliis; errores, stulte, imprudenter, insipienter, facta. Eurip. Phoen. v. 396. τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών. Quae stulte faciunt reges, ferre oportet! Significat scilicet ibi Polynices, non licere de talibus rebus dicere, quid sentias. Iam §. 21. verba ἐλέγχοντες αὐτῶν τὰς ἀμαθίας quid sibi velint, clarum est: arguunt nempe pauci isti sapientes stulte facta s. errores eorum (Scil. plebis humanae, quo etiam dominos terrarum passim referri posse bene observant dii contemplantes.)

Ἄμαχος et Active sumitur de eo, qui non s. nondum pugnavit (Xenoph. hist. Gr. IV, 4, 9. ἡμέραν ἄμαχοι διήγαγον)

et Passive de eo, qui expugnari, pugnando vinci, non potest §. 8. ubi Mors dicitur ὁ ἀμαχώτατος τῶν ἀνταγωνιστῶν, invictissimus adversariorum. Sic ap. Xenoph. Cyrop. VI, 1, 20. ἄμαχον πρᾶγμα dicitur mulier, quae, Hutchinsono interprete, nullis precibus expugnari potest. Hesych. ἄμαχον· ἀκαταμάχητον, ἀκαταγώνιστον.

Ἄμβατος, per Syncopen poeticam pro ἀνάβατος ab ἀναβαίνειν, qui conscendi potest, facilis adscensu; de coelo §. 4. Vox ipsa petita a Mercurio est ex Homer. Odyss. XI. v. 315. — ἵν' ἄμβατος εἴη.

Ἀμβλυώττειν, ab ἀμβλὺς, hebes: coecutire, hebetibus oculis esse §. 7. πρὸς τὸ φῶς ἀμβλυώττω §. 1. ad lucem sum hebetato visu.

Ἀμείνων, melior, praestantior, utilior §. 12., ubi idem est, quod βελτίων.

Ἀμελέτητος, a μελετᾶν, qui non est exercitatus, versatus, in aliqua re. Construitur a Luciano vel cum Genitivo, ut §. 7. τῶν Ὁμήρου, non versatus in Homeri carminibus; vel cum praepos. πρὸς, ut Toxar. 29. ἀμελέτητος πρὸς οὕτω σκληρὰν τὴν δίαιταν.

Ἀμενηνὸς, (a μένος, robur) roboris expers, infirmus, debilis §. 22. in loco Odyss. X, 521.

— νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα

umbrarum infirma capita. Cf. Necym. 15., ubi indidem ex Homero hanc vocem petiit Lucianus.

Ἀμήχανον· πρὸς ὃν μηχανὴν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν Hesych. ergo, quod nulla arte, nullo labore, vel modo fieri potest §. 2.

Ἁμιλλᾶσθαι περί τινος, certare, contendere, de aliqua re. ἀρχῶν πέρι etc. §. 20.

Ἀμφίβολος, ambiguus, dubius. τὸ ἀμφίβολον τῆς τύχης §. 18. ambigua fortunae natura.

Ἀμφίρυτος (a ῥέω) Ovidius Metam. XV, 624. dedit circumfluus, νήσος ἀμφιρύτος (nam metri causa alterum ρ eiicitur Homer. Odyss. I, 50. unde Charon hanc vocem mutuatur) de Samo insula §. 14.

Ἀναβαίνειν, adscendere §. 4. et 5.

Ἀναβιβάζειν ἐπί τινα τόπον, adscendere facere §. 5. variis

modis usurpatur. Vid. Lexic. Xenoph. Thiemio-Sturzianum.

Ἀναβοᾷν, clamorem tollere, exclamare §. 20.

Ἀνάγειν, sursum ducere; ἐπὶ τὴν πυρὰν §. 13. ex Orco ad superos reducere §. 20. ubi oppositum est κατάγειν, deducere in Orcum. Vid. ibi adnotata.

Ἀναγινώσκειν, praelegere, recitare §. 13. τὰ ἑκάστῳ ἐπικεκλωσμένα.

Ἀναγκαῖος, necessarius §. 12. ἀναγκαῖον, int. ἐστὶ §. 19. necesse est, fieri aliter non potest, quam ut.

Ἀνάγκη, necessitas, ἀνάγκη int. ἐστὶ §. 20. i. qd. ἀναγκαῖον ἐστὶ, necesse est.

Ἀναγράφειν, *referre in tabulas publicas*, ob merita in civitatem. Xenoph. de redit. III, 11. εἰ μέλλοιεν ἀναγραφήσεσθαι εὐεργέται. Ad suas privatas tabulas, atque adeo ad animum suum refert Charon hoc verbum §. 24. εὐεργέτης ἐς ἀεὶ ἀναγεγράψῃ, animo meo in perpetuum inscribam nomen tuum, ut nomen benefactoris i. e. semper te habebo benefactorem meum. Vid. omnino Dorvill. ad Charit. p. 317.

Ἀναδιδόναι, tradere §. 14.

Ἀνάθημα· τὸ ἀφιερωμένον θεῷ. Suid. donarium quodcunque, quod vel ad gratum erga Deum Deamve animum significandum, vel ad benevolentiam eius captandam, vel oraculi secundi petendi causa, in templo aliquo, non modo *suspenditur* (uti Salmas. ad Solin. p. 767. credit et post eum plurimi crediderunt), sed omnino *deponitur*, ἀνατίθεται. Vid. §. 12., ubi lateres aurei in templum Apollinis mitti a Croeso dcr. cf. πλινθίς. Quaesitum est discrimen, quod ἀναθήματα inter et ἀνακείμενα nonnulli statuunt.

Ἀνακαλεῖν, revocare §. 12.

Ἀναμιμνήσκειν τινὰ, in memoriam alicui revocare aliquid; ἐπείπερ ἀνέμνησάς με §. 12. quandoquidem me monuisti. — Ἀναμιμνήσκεσθαί τι Pass. meminisse alicuius rei §. 3.

Ἀναμοχλεύειν, (a μοχλὸς) proprie; tollere molem, supposito vecte. Eleganti metaphora dicitur de diis, qui montem radicitus tollunt §. 4. Clare videmus et operis magnitudinem, et vires deorum.

Ἀναπαύειν τινά τινος, facere ut cesset quis in aliqua re, instaurandarum virium causa (hanc enim causam significat praepositio ἀνὰ) §. 4. ubi Hercules dr. Atlanta ἀναπαῦσαι τοῦ ἄχθους. Cf. Xenoph. Hist. Gr. VI, 2, 29. Weisk. ἀνέπαυε (sc. Iphicrates) τοὺς ναύτας κατὰ μέρος (int. τοῦ ἐλαύνειν κώπαις) i. e. iubebat nautas per vices, s. alternos, cessare in remigando; quo vires colligerent.

Ἀναπέμπεσθαι, sursum remitti §. 22. de animabus, quae ex inferis ad superos remeare credebantur.

Ἀναρπαστὸς, abreptus §. 17.

Ἀνασκολοπίζειν, in crucem agere, cruci affigere §. 14.

Ἀνασπᾶν, sursum trahere, ἐκ βάθρων, funditus eruere §. 3. et 24., deinde abstrahere, revellere §. 16., ubi significatio motus illius in altiorem locum, quae proprie praepositioni inest, paullisper absorpta videtur per alteram praepositionis vim: *re*; vel *dis*, ita, ut adeo necesse fuerit, vocem ἄνω addere, perspicuitatis quidem causa. Neque igitur existimari debet, ἄνω, tanquam glossema, eiiciendum esse.

Ἀνατέμνειν, dissecare §. 14.

Ἀνατιθέναι, τὶ θεῷ τινι, i. e. ἀφιεροῦν, consecrare §. 11 et 12. Vid. ἀνάθημα. Ἀνατίθεσθαι, sursum ponere, imponere §. 4.

Ἀνέρχεσθαι, sursum venire, adscendendo venire in aliquem locum §. 1. 2. 5. et 22.

Ἀνέχειν τινα, sursum tenere, sustinere, aliquem §. 4.

Ἀνὴρ, oppos. θεῷ, ergo: homo §. 7. Vid. Herm. ad Viger. p. 718.

Ἀνθρωπικός· Τὰ ἀνθρωπικὰ, res humanae §. 1. opponuntur iis, quae dii agunt in coelo.

Ἄνθρωπος· Ὦ ἄνθρωπε, est exclamatio increpantis §. 12. cf. Dial. Deor. IV, 1.

Ἀνιᾶν τινά, dolorem creare alicui. Ἀνιᾶσθαι Pass. dolore affici, indigne ferre; cum Particip. §. 17.

Ἀνιαρὸς, quidquid dolorem, vel molestiam, creat, triste, molestum §. 18. ubi τοῖς ἀνιαροῖς opponuntur τὰ ἡδέα. Synonym. ἀλγεινός.

Ἀνίπτασθαι, sursum avolare, vel simpliciter: revolare §. 15.

Ἀνίστασθαι, exsistere §. 19.

Ἄνοια, stultitia, temeritas §. 15. 22. et 24.

Ἀνορύττειν, effodere, eruere §. 11. de metalli fossoribus, de quibus Xenoph. de vectt. 4. utitur simplici: ὀρύττειν.

Ἀνταγωνιστής, qui reluctatur, adversarius §. 8.

Ἀντέχειν, non cedere, parem esse, πρὸς τὸ βάρος §. 16., oneri suscipiendo. Alias construitur fere cum Dativo, in hoc quidem significatu.

Ἀντικρὺ, ex adverso, e regione §. 23.

Ἀντλεῖν, haurire, exhaurire, antliae ope §. 1.

Ἄνω, supra, supero in loco §. 16. Μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας. Deinde: sursum, superum in locum §. 16. οὗτος μὲν ἀνασπασθεὶς ἄνω μετέωρός ἐστι. Cum Articulo ὁ ἄνω Ζεύς, superior, ratione inferioris Iovis, i. e. Plutonis §. 1. τὰ ἄνω πράγματα, §. 1. quae apud superos aguntur, negotia.

Ἄξιος, proprie dignus, h. e. qui meruit, vel meret. Sic frequenter haec vox occurrit, e. g. ἄξιος ἐπαίνου, λόγου, πολλοῦ, ὀλίγου. Deinde contra meritus s. debitus, h. e. quem meruit, quo dignus est aliquis. Διδόναι τὴν ἀξίαν, §. 17. int. τιμὴν Piscat. 1. poenas det meritas, i. e. quibus dignus est. Ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν Diall. Mort. XXX, 1. Unde κατὰ τὴν ἀξίαν, §. 17. int. τιμὴν, est secundum pretium meritum, sive, ex merito (nam etiam Latini omittunt vocem *pretium*, ubi *meritum* substantive legitur) Attingit hanc ellipsin L. Bos. p. 265. edit. Hal.

Ἀξιοῦν, dignum habere, s. iudicare, atque adeo simpliciter existimare, iudicare, cum accus. et infinit. ἦ ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀγεννεστέρους εἶναι §. 4. existimasne nos humiliores esse? cf. §. 10.

Ἀοίδιμος, proprie carminibus celebratus, decantatus, deinde omnino celeber, quoquo modo factus. Ἀοίδιμον ὄνομα, nomen celebre §. 11. de auro. Sic Alexand. 8. Δελφοὶ ἀοίδιμοι et Tim. 38. Timon dicitur περίβλεπτος καὶ ἀοίδιμος.

Ἀπάγειν, abducere §. 17. et 20.

Ἀπαλλάττειν, dimittere, removere. Med. ἀπαλλάττεσθαι discedere, abire §. 24. De hoc verbo exposuit Dresig. de verb. med. I, 15.

Ἅπαξ, semel §. 22.

Ἀπάτη, fraus §. 21.

Ἀπιδεῖν εἴς τι (Somn. 2.) vel πρός τι (Somn. 15.) oculos ab aliqua re, quam adhuc adspexeras, avertere ad aliam. Ἐς τὸν Ὄλυμπον ἀπιδὼν §. 3. versus Olympum oculos conjiciens.

Ἀπεμεῖν, evomere, vomendo eiicere §. 7.

Ἀπέρχεσθαι, abire §. 1.

Ἀπέχεσθαί τινος §. 20. se abstinere ab aliqua re.

Ἀπήνη, carpentum §. 10.

Ἄπειμι, decedere, abire §. 17. Praesens vim Futuri habet.

Ἀπίθανος, incredibilis, improbabilis §. 4.

Ἆπις, Apis, bos ille, quem divino Aegyptii honore prosecuti sunt §. 13.

Ἀπὸ, a, e, de, indicat locum, unde. Ἀπὸ τῶν ἑῴων §. 5. ab orientali regione, *vom Morgen her*, et sic in reliquis istius loci. Δρασμὸς ἀπὸ τοῦ βίου, aufugere e vita §. 21. In primis motum de altiori loco in inferiorem. Δέδια, μὴ — ῥίψῃ κἀμὲ ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βηλοῦ §. 1. de divino limine. Ὡς ἀπ' ἐκείνου (ὑψηλοῦ χωρίου) πάντα κατίδοις §. 8. Ἀφ' ὑψηλοτέρου §. 3 et 13. de altiori loco. int. τόπου, vel χωρίου. Ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ §. 6. ἀπὸ τοῦ τέγους ibid. ἀφ' οὗ (ἀτράκτου) ἠρτῆσθαι ξυμβέβηκεν §. 16. νήματα καταβαίνοντα ἀφ' ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἀτράκτων ibid. ἀπὸ λεπτοῦ (νήματος) κρεμαμένους ibid. ἀφ' οἵας κρόκης αὐτῷ ἐκρέματο §. 17. — interdum ab inferiori loco in altiorem. Οὗτος δὲ ὀλίγον ἀπὸ γῆς αἰωρούμενος §. 16. paullulum a terra sublatus, elevatus. Tmesis inest verbis Homericis: ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον §. 7. cf. voc. αἱρεῖν. Elegans est praepositionis usus in verbis: οὐχ Ἕλλην, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς §. 9. non Graecus est, uti videtur, stola quidem eius considerata s. a stola quidem eius. Nam Latini quoque sic utuntur praepos. *a*, ubi rationem alicuius rei haberi volunt, e. g. *a vi* nihil praestare possum Planc. ad Cicer. in Epp. ad divv. V, 20. init. et saepius. Similis locus est in Platon. Gorg. sect. 33., ubi Polus Socrati respondet. Οὔκ ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἀπὸ τούτων γε, ab his quidem, h. e. secundum quidem ea s. ratione quidem habita eorum, quae jam

disputata sunt. Diall. Mortt. X, 8. ὁ σεμνὸς δὲ οὗτος, ἀπό γε τοῦ σχήματος. Rarior vis eius est, ubi significat: *per, ope; vermittelst.* Ὁ δὲ γεννάδας Ὅμηρος ἀπὸ δυοῖν στιχοῖν (ope duorum versuum) αὐτίκα ἡμῖν ἀμβατὸν ἐποίησε τὸν οὐρανὸν §. 4. Memini dictionis Xenophonteae: τοὺς τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κυάμου καθίστασθαι Memorab. I, 2, 9. principes civitatis per fabas, s. fabarum ope, eligere. Vid. Hemsterh. ad nostrum locum.

Ἀποβλέπειν εἴς τι §. 9. idem, quod ἀπειδεῖν εἴς τι, quod vid.

Ἀποδημία, peregrinatio §. 24.

Ἀποδιδράσκειν, aufugere. Ἀποδράς, fugitivus §. 2.

Ἀποθήκη (ab ἀποτιθέναι) repositorium, conditorium, in quo quid reponitur, et asservatur. Αἱ ἀποθῆκαι τῶν σωμάτων §. 22.

Ἀποθνήσκειν, mori, cum ὑπὸ §. 13. interfici. Κῦρον δὲ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνης δὴ τῆς Μασσαγέτιδος ἀποθανεῖν §. 13. Cyrum vero ipsum per illam Massagetida e vita decessurum esse h. e. ab illa interfectum iri. Diall. Mortt. IV, 2. Xenoph. Hier. 10, 4. πολλοὶ δεσπόται βίᾳ ὑπὸ τῶν δούλων ἀπέθανον. cf. ὑπό.

Ἀποκλίνειν, proprie deflectere, declinare; tropice πρός τι animo declinare ad aliquid, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποκλίνοντες (ἀνακλίναντες) §. 21. qui declinant ad veritatem, h. e. qui, viam s. morem vulgi deserentes inclinant ad veritatem, veritatis sunt amantes, atque adeo studiosi.

Ἀποκρίνεσθαι, respondere §. 7 et 12.

Ἀποκτείνειν, necare, interficere §. 6 et 13.

Ἀπολαύειν τινός, frui aliqua re, fructum, vel voluptatem percipere ex aliqua re §. 17.

Ἀπολείπειν, relinquere §. 1 et 15.

Ἀπολλύναι, perdere. Med. ἀπόλλυσθαι, perire, interire; de urbe §. 23. de homine §. 11. ὑφ' ὧν (χρησμῶν) καὶ ἀπολεῖται (Croesus) μικρὸν ὕστερον, per quae (oracula) h. e. quibus auctoribus, s. quibus praesagientibus, paullo post etiam pessum ibit. cf. ὑπό.

Ἀπομηκύνειν (a μῆκος, longitudo) extendere in longitudinem, producere §. 5.

Ἀποπνίγειν, suffocare, strangulare §. 23. ἀποπνίξεις τὸν Ὅμηρον.

Ἀπορία, proprie difficultas viae inveniendae; deinde difficultas consilii capiendi, dubitatio, atque adeo anxietas §. 15.

Ἀποῤῥηγνύναι, abrumpere. Ἀποῤῥαγέντος τοῦ λίνου §. 10. abrupto lino. Πᾶσι δ' οὖν ἀποῤῥαγῆναι ἀναγκαῖον §. 19. de hominibus, quos omnes ac singulos necesse est interire, instar bullarum diruptarum.

Ἀποσβεννύναι, exstinguere. Ἀπέσβησαν, exstingui solent §. 19. Scilicet aorist. 2. act., uti et praeterit. act. vim habet intransitivam, *verlöschen*, *erlöschen*. Vid. Fischer. ad Anacreont. VII, 8.

Ἀποσπᾶν τινος, abstrahere, avellere ab aliqua re, οὔ πωτε προσδοκήσαντες ἀποσπασθήσεσθαι αὐτῶν §. 17. qui nondum exspectaverant, se inde avulsum iri. Hoc loco refutatur Dresigii sententia, quam protulit in libro de verbb. medd. p. 203., verbum Passivum ἀποσπᾶσθαι omnino significatione Media legi solere. Contra Activum occurrit passim Media vi, intellecto, ex sententia L. Bosii de ellips. p. 77., Pronomine ἑαυτὸν, veluti in verbis: ὁρᾷς, ὅπως ἀποσπάσαντες τῶν πολλῶν καταγελῶσι τῶν γιγνομένων §. 21. videsne, ut, a vulgo seiuncti, h. e. postquam sese seiunxerunt, ipsi derideant ea, quae aguntur. Deor. Dial. XX, 5. ἀποσπάσαμεν τῶν ἀστέρων, recessimus a sideribus. Alia loca ibi attulere Graevius et Hemsterh. cf. etiam Lexic. Xenoph. Thiemio-Sturzianum sub h. v. num. 4).

Ἀποστίλβειν, refulgere, splendorem mittere, de auro §. 11.

Ἀποτέμνειν, abscindere, amputare §§. 13 et 14.

Ἀποφαίνειν, cum duobus Accusativis: reddere, facere. ἐξυδερκέστατον (σε) ἀποφανῶ §. 7. μακάριον ἀποφαίνειν τὸν θεὸν §. 12.

Ἆρα, interrogandi particula; num, an §. 8. 17. ἆρ' οὖν num igitur? §. 3. 12. In verbis τί ἆρα ὁ Σόλων ἐρεῖ; §. 10. legendum haud dubie ἄρα. Vid. ibi notam. Zeun. ad Viger. 489. Schütz ad Hoogev. 94. Herm. ad Vig. 789.

Ἄρα, concludendi particula: ergo, igitur. Τοῦ βελτίονος ἄρα ἐνδεεῖς ἐστε §. 12. ea igitur re indigetis, quae praestantior est. Εἰ μὴ ἄρα, §. 11. *nisi forte*, *ausser etwa*. Vid. Viger. p. 487. et ibi Hoogeveen. Denique interrogationem auget ἄρα, vel, ut aliter idem dicam, exspectatio-

nem responsi reddit cupidiorem. Τίς τ' ἄρ' ὁ σεμνὸς ἀνήρ; §. 9. quis *tandem* est hicce vir venerabilis. Vid. ad §. 10. adnotata.

Ἀράχνιον, araneae tela §. 16.

Ἀργεῖοι, Argivi. Eorum pugna cum Lacedaemoniis §. 24.

Ἀργόθεν, ex urbe Argivorum. Ἡ Ἀργόθεν ἱερεῖα §. 10. sacerdos Argiva.

Ἄργος, Argos, vel Argi, urbs Argolidis in Peloponneso, ad Inachum flumen sita §. 23.

Ἀρέσκεσθαί τινι, acquiescere in aliqua re, probare aliquid. Οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀρέσκοντας αὐτοῖς §. 21. (scl. τοῖς γιγνομένοις) nullo modo ea probant, vel iis delectantur, quasi satis factum ipsis sit. Similiter in Catapl. §. 26. οὐδαμοῦ ἠρέσκοντο τοῖς δρωμένοις.

Ἀρκτῷος, septentrionalis. Ἀπὸ τῶν ἀρκτῴων §. 5. int. χώρων, a septentrionali plaga.

Ἄροτρον, aratrum §. 24.

Ἄῤῥην, masculus. παῖς ἄῤῥην §. 17. i. e. puer.

Ἀρτᾷν, suspendere, Active. Ἠρτῆσθαι, suspensum esse §. 16.

Ἄρτι, dicitur de re, *modo*, s. *paullo ante*, praeterita. Ὁ δὲ, ἄρτι ἐπιθεὶς τὸν ὄροφον, ἄπεισι §. 17. ipse vero, modo imposito tecto, abibit. Ubi falso Mosellanus: *iam dudum*.

Ἄρχειν, proprie priorem esse, incipere ita, ut alii sequantur. Deinde dicitur etiam de iis, qui imperium tenent, atque exercent in alios, ἄρχειν τινος, ut §. 18. πάλαι ἄρχοντα αὐτῶν (βασιλέων) §. 9. ὡς καθελὼν Κροῖσον ἄρχοι ἁπάντων, ut, Croeso devicto, imperet cunctis. Falso in versione Bipont. redditum: ut potiatur omnium. Potiri est κρατεῖν (cf. h. l. paullo ante), contra ἄρχειν est potitum esse, atque adeo imperium in id exercere. — Med. ἄρχεσθαι incipere, omnino; cum Infinit. §. 7. ἤρξατο ᾄδειν. Reliquas huius verbi significationes, et construendi rationes cognoscere licet e Lex. Xenoph. Thiemio-Sturz. s. ἄρχειν et ἄρχεσθαι.

Ἀρχή, initium, principium. Ἐξ ἀρχῆς §. 17. *ab initio*. Deinde: principatus, princeps locus. Τὴν ἀρχὴν πάλαι

Μήδων ἐχόντων §. 9. principatum olim Medis habentibus, inter populos scilicet Asiaticos vicinos. φιλοτιμοῦνται πρὸς ἀλλήλους ἀρχῶν — ἁμιλλώμενοι, §. 20. de principatibus s. de imperiis certant. Unde cum Genitivo rei: *imperium in aliquid*, ἀρχὴ τῆς Ἀσίας Cyrop. IV, 5, 16. Weisk. imperium in Asiam. Denique *regnum*. ἡ Πλουτῶνος ἀρχή §. 2.

Ἀρχιτέκτων, *architectus, fabrorum praefectus* Metaphor. de Homero, doctore architectonices §. 4.

Ἄσημος, non signatus, cui nulla nota (σημεῖον) impressa est. Χρυσὸς ἄσημος §. 10. est aurum non signatum, rude. Oppos. est ἐπίσημος. Vid. Iul. Polluc. III, 86. et IX, 51. Occurrit etiam παράσημος, falso signatus, i. qd. παράτυπος. Vid. eund. IX, 6.

Ἀσκός, saccus coriaceus, culeus, uter. Tomyris Scythis caput Cyri amputatum ἐμβαλεῖ ἐς ἀσκὸν πλήρη αἵματος §. 13. in culeum, sanguine repletum. Vid. de hoc vocab. Lex. Xenoph. Thiemio-Sturz.

Ἀσσύριοι, Assyrii, a Cyro vincuntur §. 9.

Ἀσφαλῶς, tuto, sine periculo. Ἀσφαλῶς ἕξει ἅπαντα, §. 5. cuncta erunt tuta.

Ἀσφοδελός, Adiectivum, qui profert ἀσφόδελον, asphodelum, herbam Proserpinae et Manibus sacram. Λειμὼν ἀσφοδελός §. 22. (ex Homer. Odyss. XI, 539 et 573.) est campus in Orco, florens asphodelo. Necyom. c. 11. λειμὼν ἀσφοδελῷ κατάφυτος.

Ἀτάρ, at, at vero §. 14.

Ἀτάσθαλος. Ἀτασθαλία, Athenaeo Deipnos. I, 10., dicitur fuisse immodestia et insolentia illa, qua quis antiquissimis temporibus in conviviis irruerit in cibos, et iis, qui haberent, eripuerit, unde non raro caedes ortae essent. Compositam enim hanc vocem esse, ex ἄτη, damnum, peccatum, et θαλία, convivium, ut sit ergo ἄτη ἐν ταῖς θαλίαις. Quod si ita est: ἀτάσθαλος proprie et primo fuit inhumanus, insolens, immodestus. Sed graviorem quandam, quin imo gravissimam, insolentiam illam, quae in impietate est erga Deos, hac voce significari arguunt ea loca, ubi legitur, in his etiam in suspecto libro de

Astrolog. §. 15., ubi Icarus, νεότητι καὶ ἀτασθαλίῃ χρώμενος, delapsus in mare dicitur, h. e. adolescentia et dementi insolentia usus. Scholiastes explicat per: φρενοβλάβεια. In eo enim fuit demens Icari insolentia, quod solem, atque adeo Phoebum, omninoque Deos illudere videbatur. Eadem ratione in Contemplantt. §. 3. Aloïdae appellantur μειρακίω ἀτασθάλω, (adolescentes, maxime impia in Deos insolentia,) quia Deos impugnare, iisque damna inferre conabantur. Hoc clare apparet e contraria sententia. Persuadet enim Mercurius, facundus nepos Atlantis, Charoni, socio suo, hoc modo, ut ostendat ei, illos quidem adolescentulos propositum adsequi propterea non potuisse, quod consilium eorum nefarium fuerit; se contra facile ea, quae velint, peracturos esse, quod non moliantur haec ἐπὶ κακῷ θεῶν. Est igitur ἀτασθαλία in Luciano omnino, quod nos dicimus: *Frevel gegen die Götter*, et ἀτάσθαλος, *frevelhaft.*

Ἀτενίζειν, oculos intendere, figere in aliquo loco §. 16. quo loco simpliciter occurrit sine praepos.

Ἄτλας, Atlas §. 4. rex Mauretaniae, Iapeti filius, et avus Mercurii a Maia, in montem mutatus a Diis, coelum fert cum sideribus. Ovid. Metam. IV, 626—661. Unde coelifer Atlas apud Virgil. Aen. VI, 798.

Ἄτρακτος, fusus §. 16. hunc Parcae versant et in singulos mortales tenuia fila demittunt.

Ἀτρέμας s. ἀτρέμα (a τρέμειν) Adverb. sine tremore, tranquille. Ἔχ' ἀτρέμας, tranquillus esto §. 7.

Ἄτυμβος, inhumatus, qui tumulo s. sepulcro caret §. 22. Oppr., ὃς ἄλλαχε τύμβου.

Αὖ, contra §. 16. εἵμαρται γὰρ — κληρονομῆσαι γε τοῦτον μὲν ἐκείνου, ἐκεῖνον δὲ αὖ τούτου. Deinde *etiam*, *porro* §. 7. in loco Homerico Iliad. V, 127. ubi Pallas Diomedi dixerat: Inserui tibi patriam fortitudinem, et iam pergit:

Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον —

Αὖθις, rursus §. 5. 22. 24. Abundat §. 12. in verbis: τὸν δὲ χρυσὸν ὀπίσω αὖθις ἀνακαλῶν.

Αὐτὰρ, poetice pro ἀτὰρ, at, at vero §. 4.

Αὐτίκα, *statim* §. 4. 19.

Αὐτὸς, reciproce §. 20. οὐδ' ἂν ἀπάγοι τις αὐτῶν τι ξὺν αὐτῷ (*secum*) ἀποθανών. Αὐτὸς, *solus, non praesente alio.* τὸ πορθμεῖον αὐτὸ §. 10. navicula sola. Cf. Dior. Dial. X, 2. αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἴεμεν. Additur autem fere vocabulum μόνος, ut §. 6. ἐβουλόμην δὲ οὐ πόλεις καὶ ὄρη αὐτὰ μόνα (montes solos) ὁρᾶν. Cf. Somn. 9. Eleganter Dativus ponitur, omissa praepositione σὺν, ita, ut αὐτῷ vel αὐτῇ huius ipsius praepositionis vim *unà cum* exprimere videatur. Τὸν Παρνασσὸν αὐτῇ Κασταλίᾳ §. 6. Parnassum una cum Castalia. τῶν ῥαψωδιῶν τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι §. 7. rhapsodiarum plerasque una cum Scylla, Charybdi, et Cyclope. Plura exempla e Luciano, aliisque scriptoribus dedit L. Bos. p. 466. edit. Hal.

Ἀφανὴς, *qui conspici non potest, occultus, obscurus*; ἐκ τοῦ ἀφανοῦς, occulte, ex occulto §. 15.

Ἀφιέναι, proprie, *dimittere, entlassen.* Deor. Dial. II, 2. ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ἀφίημί σε, sub his ipsis conditionibus dimitto te. Tum *deserere, verlassen* §. 1. ὡς ἤν με σὺ ἀφῇς, quandoquidem tu me deserueris. Deniq. *relinquere, zurücklassen* §. 17. πάντα ὑπὲρ γῆς ἀφέντες, omnibus super terra relictis.

Ἀφικνεῖσθαι, pervenire §. 10.

Ἄφνω, subito, repente §. 7.

Ἀφρὸς, spuma §. 1.

Ἄχθος, onus §. 4.

Ἀχιλλεὺς, Achilleus s. Achilles, Pelei et Thetidis filius, maximus Graecorum heros in expeditione Troiana. Eius sepulcrum in Sigeo promontorio §. 23.

Ἀχλὺς, caligo §. 7.

Ἄχρι πρὸς, *usque ad* §. 10.

Ἀψοφητὶ, *sine strepitu* §. 16.

B.

Βαβυλὼν, Babylon, regia Babyloniae et Assyriae, capta a Cyro maiori §. 9. turribus ornata, et magnum ambitum habens §. 23.

Βάθος, profunditas §. 11.

Βάθρον, *fundamentum*. Ἐκ βάθρων ἀνασπᾶν §. 3. et 24. e fundamentis, h. e. funditus, eruere.

Βάρβαρος, *barbarus*, qui non est Graecus natione §. 11. sic dicitur Croesus Lydus, ratione Solonis.

Βάρος, *pondus*, *onus* §. 16.

Βαρύνεσθαι, *gravitate rei deprimi*, *gravari* §. 11.

Βαρὺς, gravis pondere, κτῆμα §. 11. de auro.

Βασίλειος, *regius*. Βασίλειον intel. δῶμα, *regia*. Saepius occurrit pluralis τὰ βασίλεια pro singulari: *aedes regiae* §. 2. τοῦ Διὸς, i. e. coelum.

Βασιλεύειν, *regem esse*, *regnare* §. 13.

Βασιλεὺς, *rex* §. 14. de Polycrate, Samiorum rege. οἱ βασιλεῖς εὐδαιμονέστατοι εἶναι δοκοῦντες §. 18.

Βελτίων, *melior*, *praestantior*, — utilitate §. 12. τὰ βελτίω §. 3. meliora, consultiora, quae magis conducunt. Βέλτιστος, optimus. Non sine malitia quadam sensus, at blande simul, dicebat Atticus vel compellabat βέλτιστον eum, qui egregie ei placeret eo, quod aliis vel ex merito, vel certe ex ipsius voluntate damna intulerit. Sic Mercurius τὸν Θάνατον ridens appellat τὸν βέλτιστον §. 17. cur? quia, dum sperent in vita homines, subito a morte abripiantur. Eadem de causa Crates Dial. mortt. XXVII, 5. Mercurium dicit τὸν βέλτιστον, qui Oroeten, Medum mollem, invitum ad naviculam usque Charonis absportasset. Similiter etiam Charon Clotho Parcam amice compellat ὦ βελτίστη §. 14. petens ab ea, ut hominibus securis, et capita praecidat, et ipsos cruci affigat. τὸ βέλτιστον §. 2. quod optimum est.

Βηλὸς, limen, vel domus, vel templi, vel (§. 1.) *coeli*.

Βιάζεσθαι, vi cogere §. 2. Intelligitur eo loco blanda quaedam vis amici et socii.

Βίος, vita, μεστὸς ταραχῆς §. 15. Adde §§. 10. 18. 19. 20.

Βιοῦν, *vivere*, εὖ §. 10. bene, honeste, vivere. οὐκ ἐς ἀεὶ βιώσεσθαι §. 20. non in perpetuum vivetis.

Βίτων, *Biton* Argivus, una cum fratre Cleobi matrem vexit sacerdotem usque ad templum Iunonis §. 10.

Βόθρος, *fovea*, scrobs, βόθρον τινὰ ὀρύξαντες §. 22. fovea quadam effossa.

Βοιωτοὶ, Boeoti §. 12.

Βούλεσθαι, velle, *cupere* §. 11. Secunda huius verbi persona Praesent. Indic., sequente Coniunctivo, interrogationem modestam indicat. Ἀλλὰ βούλει (int. ὅπως) κατὰ τὸν Ὅμηρον κἀγὼ ἔρωμαί σε; §. 7. Sed visne (ut) ex Homero et ego interrogem te? Βούλει (int. ὅπως) ἀκούσωμεν αὐτῶν; §. 9. placetne tibi (ut) audiamus eos? Βούλει οὖν, — (int. ὅπως) ἀναβοήσας παμμέγεθες παραινέσω αὐτοῖς; §. 20. Visne igitur (ut) exclamans maxima voce eos adhorter?

Βουλεύειν, consilium capere, conari, id agere, ut. Οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ τῶν θεῶν ταῦτα βουλεύομεν §. 3. neque enim in damnum Deorum haec consilia capimus, haec molimur. Δρασμὸν ἤδη βουλεύοντες πάρ' ὑμᾶς §. 21. conantur iam ad vos aufugere; id iam agunt, ut aufugiant ad vos.

Βραδύνειν, tardius agere, cessare §. 1.

Βραχὺς, *brevis*, *parvus*; de tempore §. 7. ἐν βραχεῖ (int. χρόνῳ) *brevi* (tempore), *repente*.

Βρεφύλλιον, Deminutivum a βρέφος, *infantulus*, *puerulus*. In contemtum sic dicuntur Aloïdae §. 4.

Βύειν, *obturare*, *obstruere*, κηρῷ τὰ ὦτα βύειν §. 21. aures cera obstruere.

Γ.

Γείτων, *vicinus*, qui in vicinia habitat §. 16. 17.

Γελᾶν, *ridere* §. 1. 6. simpliciter §. 14. τὶ, de aliqua re.

Γελοῖος, *ridiculus*, *deridendus*, de eo, qui superflua, inutilia, dicit §. 22.

Γέλως, *risus*. Ὦ πολλοῦ γέλωτος! §. 13. (int. πρᾶγμα) o rem multi risus! o ridiculam rem! Γέλωτα παρέχειν τινι §. 8. risum excitare alicui. Omnino γέλωτα παρέχειν §. 1. risui se exponere, ridendum se dare.

Γεννάδας, *generosus*, *egregius*, de Homero §. 4. Εὖγε, ὦ γεννάδαι. §. 21. euge, o generosa pectora! Vocabulum Luciano familiare.

Γεννικῶς, *generose*, atque adeo *fortiter* §. 14.

Γένος, *genus*, humanum §. 19.

Γεωργεῖν, *agrum colere* §. 15. τὸ πεδίον §. 24. campum colere.

Γίγνεσθαι, proprie *nasci*, de liberis §. 17. χαίρειν ἐπ' αὐτῷ (τῷ παιδὶ) γεγομένῳ (Sic enim legendum) gaudere de nato puero; de metallis 7. 12. ποῦ γὰρ τοσοῦτος ἂν γένοιτο χρυσὸς, ὅσος παρ' ἡμῖν; ubi enim tantum nascatur auri, quantum apud nos? Synonymum ibi φύεσθαι. — Deinde: *fieri*; γ. εὐφρονέστερον παράπολὺ §. 20. multo prudentiorem. ὑποχθόνιοι γενόμενοι §. 22. subterranei facti, ubi sub terram abierunt. ἑπτέτης γενόμενος §. 17. septennis factus, vel simpliciter: septennis. Οὐ γὰρ οἷόντε ἄλλως γενέσθαι §. 19. neque enim aliter fieri potest. Participium τὰ γιγνόμενα significat: *quae aguntur, quae fieri solent*; τὰ κεφάλαια τῶν γιγνομένων §. 2. praecipua eorum, quae aguntur. καταγελῶσι τῶν γιγνομένων §. 21. derident ea, quae vulgo fiunt. Pleonastice legi videtur Particip. §. 17. ἀναρπάστους γιγνομένους ὑπὸ τοῦ βελτίστου Θανάτου abreptus ab optima Morte. — Tum: *accidere*, *evenire*, μὴ γένοιτο μὲν οὖν οὕτω ταῦτα §. 12. Absit, ut haec ita eveniant! Inest his Euphemismus. — Denique aoristus γενέσθαι significat: *esse* (proprie quidem: *factum esse*); πολλῶν γὰρ ἂν ἐτῶν ἡ διατριβὴ γένοιτο §. 2. hoc enim, nescio, an multorum annorum negotium fuerit (s. factum fuerit). Ἡγοῦμαι εὐδαιμονεστάτους γενέσθαι §. 10. existimo felicissimos esse (s. factos esse); τὸ πορθμεῖον αὐτὸ (sic enim legendum) ἀξιοῖς γενέσθαι τὴν περὶ τῶν τοιούτων κρίσιν §. eadem, cymbulam solam (Charonis) existimas posse de talibus rebus iudicare. Adde αἰτησάμενος παρὰ τοῦ Ἅιδου λειπόνεως γενέσθαι §. 1.

Γινώσκειν, *cognoscere* §. 7.

Γνόφος, *caligo*, *tenebrae* §. 7.

Γνωρίζειν, *dignoscere*, *agnoscere* §. 14.

Γοῦν, composita particula ex γε et οὖν significat fere i. qd. simpl. γε· *certe*, *quidem*, *saltem*. Sic saepius occurrit in nostro libello, e. g. ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς §. 9. a stola quidem eius. ὀλίγα γοῦν §. 7. pauca certe. ἐκείνων γοῦν μεμνῆσθαι §. 1. eorum saltem meminisse. οὐκοῦν ἐκείνοις γοῦν ἐμβοήσωμεν; §. 21. Nonne igitur his saltem acclamare placet?

ὥς γοῦν εἰκάσαι §. 22. quantum coniicere quidem licet. — Nonnumquam vis particulae οὖν conclusiva *ergo*, *igitur* praevalet, ut in verbis Charonis: ἐθέλω γοῦν σοὶ εἰπεῖν, ᾧτινι ἐοικέναι μοι ἔδοξαν οἱ ἄνθρωποι §. 19. Excipit enim Charon Mercurii descriptionem miserae hominum vitae ita, ut dicat: Quae cum ita sint, vel: quae si ita sunt, i. e. *igitur*, volo iam tibi dicere, cui rei similes mihi homines esse videantur. — Denique haud obscura huius particulae vis est haec, ut rationem reddat eorum, quae antecesserunt, et denotet: *nam*, *enim*. Ὁρῶ γοῦν ἤδη τὸν μισθὸν etc. §. 2. Antea dixerat Mercurius: haec res plagas mihi creabit; et pergit iam: *nam* video iam mercedem mihi non sine tuberibus solutum iri. πολλοὺς γοῦν μέμνημαι διαπορθμεύσας ἐκεῖθεν §. 23. Antea petierat Charon a Mercurio, ut ipsi Ninum, Babylonem, et alias celebres urbes, monstraret, et iam pergit: multos enim memini traiecisse me illinc. ἢν γοῦν τοὺς βασιλέας ἴδῃ τις αὐτῶν §. 18. quo loco γοῦν, uti etiam de particula γὰρ constat, elliptice positum est. Intellige, Mercurium dicere voluisse: *benè mones: si enim* quis reges eorum viderit. Temere reddidit interpres: *porro*, quod et sensu caret, et huic particulae minime convenit.

Γράφειν, *scribere*, *exarare* §. 13.

Γραφὴ, *pictura*, tabula picta §. 6.

Γυμνὸς, nudus §§. 14. 20 et 22.

Γυνὴ, omnino *mulier*, τινὸς, *uxor* §. 17.

Δ.

Δακτύλιος, annulus §. 14.

Δανείζειν, *mutuum dare*, pecuniam foenori dare §. 15. Vid. de hoc verbo Fischer. in ind. Theophr.

Δεῖ, omnino *opus est*, *necesse est*. Unde cum Dativo personae, et Genitivo rei: *opus mihi est aliqua re*. Ὑψηλοῦ τινος ἡμῖν δεῖ χωρίου §. 2. edita quadam nobis opus est regione; vel simpliciter: ἢ ἐποικοδομεῖν ἔτι δεήσει §. 4. fin. an etiam, ut inaedificemus, opus fuerit. Hic notanda simul phrasis ὀλίγου δεῖν elliptica, quam L. Bos falsissime explicuit. Plene sic habet: ὥστε ὀλίγου πράγματος δεῖν, h. e.

ita, ut exigua re opus sit, quin, id est, si liberius vertas: *ut parum absit, quin*. Inde autem non sequitur, δεῖν significare *abesse*. Ceterum quum semper haec dictio absoluta sit, non arctius cum verbo finito connexa: sine dubitatione eam adverbialiter intelligere, et reddere Latine licet: *paene:* χειμὼν — ὀλίγου δεῖν περιέτρεψεν ἡμῖν τὴν ναῦν §. 7. tempestas paene evertit nobis navem, s. tempestas, parum aberat, quin everteret nobis navem. — Construitur saepissime cum Accus. personae, et Infinitivo rei, atque adeo denotat: *oportet*, ἐμὲ μὲν κηρύττεσθαι δεήσει §. 2. me quidem oportebit palam citari μεταστέλλεσθαι τὸ χρυσίον δεήσει αὐτοὺς §. 12. ὅταν αὐτὸν δέῃ — ἀναχθῆναι §. 13. αὐτοὺς δεήσει — ἥκειν παρ' ἡμᾶς §. 20. εἰ ἴδοι (int. με) μὴ κατάγειν μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ §. 22. — Participium cum articulo: τὸ δέον, significat proprie: rem necessariam, qua opus est. Vid. Lexic. Xenoph. Thiemio - Sturz. Nonnumquam vero etiam: *conditionem eiusmodi, in qua opus est auxilio.* Unde phrasis illa: ἐντυγχάνειν τινὶ εἰς δέον §. 1. incidere in aliquem, cuius auxilio forte opus habeas h. e. *opportune.* Scilicet Charon peregrinatione sua commodi nihil capere potuisset, nisi Mercurio forte obviam venisset, qui ipsi monstrare singula posset. Cf. Eurip. Med. 1277. ubi puer, in discrimine vitae versans, exclamat: Ναὶ πρὸς θεῶν ἀρήξατ'· ἐν δέοντι γάρ. Per deos, opem ferte; in eo enim sumus, ut ope indigeamus. Unde patet simul, εἰς δέον paulo alio sensu usurpari, quam εἰς καλὸν, quamquam sunt, qui eandem utrique vim tribuant. Εἰς καλὸν enim est: εὐκαιρῶς, Suida interprete, h. e. tempore commodo, et dicitur de re grata, *wenn einem Etwas willkommen ist*, necessitatis et angustiarum plane non habita ratione. Sic Callias in Xenoph. Sympos. I, 4. ad Socratem, eiusque discipulos, non potuit dicere: ἐς δέον γε ὑμῖν συντετύχηκα; quoniam non auxilium ab iis petiturus erat, sed id, ut, si placuerit, sibi adessent convivae. Ergo dixit εἰς καλὸν, h. e. gratum mihi est, quod in vos incidi. Hoc discrimen diligentissimus quisque lector in aliis quoque Atticorum scriptis animadverterit.

Δείδειν, μὴ, *timere*, *vereri*, ne. Praeteritum δέδια Praesentis vim habet §. 1.

Δεικνύναι, *monstrare*, *ostendere* §. 1. 22. 23.

Δεῖμα, *metus*, *timor*. Pluralis §. 15. indicat varia timoris genera, vel caussas.

Δεινὸς, *ingens*, *incredibilis*, *stupendus* §. 11.

Δειπνεῖν, *coenare* §. 17. 22.

Δεῖπνον, *coena*, convivium §. 6.

Δεῖσθαι, τινὸς, egere, indigere, opus habere aliqua re §. 12.

Δέκα, decem §. 23.

Δελφοὶ, (Adiective) *Delphi*, incolae Delphorum urbis §. 12. φωκεῦσιν, ἢ Βοιωτοῖς, ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς. Deinde Substantive *Delphi*, urbs ipsa Phocidis primaria, Apollinis templo et oraculo nobilissima §. 12.

Δεξιὸς, *dexter*. Ἡ δεξιὰ, int. χεὶρ, *dextra* §. 5. ἔχου μου τῆς δεξιᾶς.

Δέος, *metus*, *timor*. Δέει τῆς Σειρήνων ἀκροάσεως §. 21. veritus Sirenum cantum.

Δέρκειν, *videre*, magis poeticum verbum, sed Luciano non inusitatum. Ὀξὺ δεδορκότες ἐς τὰ πράγματα §. 21. qui res acute perspexerunt.

Δεσμὸς, *vinculum* §. 11. Pluralis Atticus τὰ δεσμά. Vid. Fischer. Anim. ad Weller. T. II. p. 172. Moeris: δεσμὰ Ἀττικῶς· δεσμοὶ Ἑλληνικῶς. Thom. Mag. δεσμὰ κάλλιον ἢ δεσμοί.

Δεσπότης, *dominus*, *possessor* §. 20.

Δεῦρο, *huc*, *ad hunc locum* §. 1.

Δεύτερος, *secundus*, gradu felicitatis §. 10.

Δῆλος, *manifestus*, cum verbo εἰμὶ et participio alius verbi, redditur adverbialiter: *manifesto*. Δῆλοι εἰσὶ βουλεύοντες §. 21. manifesto conantur. Δηλαδὴ ex δῆλα et δὴ, *sane*, compositum, significat: *profecto* §. 8. 12. *haud dubie* §. 4. *scilicet* §. 18.

Δηλοῦν, *indicare*, *significare* §. 16.

Διαδέχεσθαί τινα, *excipere* aliquem, *ablösen*, succedere alicui §. 4. de Hercule, qui Atlanti successit in coelo sustinendo.

Διάδημα, *diadema*, fascia candida, qua redimitur caput regis §. 14.

Διακονεῖσθαι, *famulari, ministrare* §. 1.

Διακρίνειν, *discernere, secernere, seiungere, separare* §. 22.

Διαλέγεσθαι τινι, *colloqui cum aliquo* §. 1. 9.

Διανοίγειν, *aperire* §. 21.

Διαπλεῖν, *transnavigare, traiicere* §. 1.

Διαπορθμεύειν, *transvehere*, traiicere aliquem §. 7. et 23.

Διαρκεῖν, *perdurare*. Αἱ δ' ἐπὶ πλεῖον διαρκοῦσι §. 19. diutius perdurant.

Διαῤῥήγνυσθαι, *disrumpi, diffringi*. Ἢν καὶ σὺ κεκραγὼς διαῤῥαγῇς §. 21. etsi tu clamando disrumpare.

Διατιθέναι τινά, afficere aliquem, *quocunque modo sensus quoscunque indere alicui*. Οὐκ οἶσθα ὅπως αὐτοὺς ἡ ἄγνοια, καὶ ἡ ἀπάτη, διατεθείκασιν §. 21. Nescis, quomodo eos ignorantia, et fraus, affecerint, quibus sensibus eos imbuerint.

Διατριβή, *commoratio* proprie, praesertim cum quis in loco aliquo commoratur negotiorum studiorumve tractandorum causa. Unde potest verti: *negotium* §. 2. πολλῶν γὰρ ἂν ἐτῶν ἡ διατριβὴ γένοιτο, multorum enim annorum hoc fuerit negotium. Unde et occupationes variae, et varia *vitae genera* intelliguntur §. 15. si ibi bene edidit Schmiederus τὴν διατριβὴν prò vulg. τυρβῶν. Vid. notas.

Διαφέρειν τινος, differre ab aliquo. Οὐδὲν τῶν τυφλῶν διοίσω §. 1. nihil a coecis differam. Τὸ μὴ πολὺ τοῦ χαλκοῦ διαφέρειν (χρυσίον) §. 11. Med. διαφέρεσθαι περί τινος, *dissentire*, atque adeo *litigare* de aliqua re §. 17.

Διαφυλάττειν, *conservare, reservare* §. 7.

Διαψύχειν, *vento, vel soli, exponere ea, quae madefacta sunt*. §. 23. dicitur de navicula, quam Charon per decem integros annos non potuerit aurae exponere ad siccandum. Egregie de hoc verbo disputavit Hemsterh. ad h. l.

Διδόναι τινὶ χάριν, *gratiam alicui dare*, uti et Latinis dicitur, *jemandem einen Gefallen thun* §. 1.

Δικάζεσθαι, *coram iudice cum aliquo contendere, lites in foro habere* §. 15.

Δικαίως, iuste, iure. πόσῳ δικαιότερον ἂν ἐμὲ ἐπαινοῖεν §. 8., quanto iustius, quanto maiori iure, me laudabunt.

Δικαστὴς, *iudex.* Iudices; ministri Orci §. 17.

Δίκη, inter alia significat *poenam.* Δίκην τίειν §. 3. poenas luere, puniri.

Δικόρυμβος, *duo cacumina habens.* Epitheton Parnassi §. 5. Proficiscitur a κόρυμβον, cacumen.

Δικωπία, *scapha duorum remorum* a κώπη, remus §. 1.

Διολισθαίνειν, titubare, vacillare, in lubrico §. 1.

Δοκεῖν, videri. Οὔ σοι δοκῶ εὐδαίμων εἶναι §. 10. Ἆρα ἄν σοι δοκεῖ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ §. 17. num videatur tibi gavisurus de eo esse? cf. §. 4. 13. et 19. Infinitivus absolute ponitur, intellecta particula ὡς, quae passim etiam additur, e. g. §. 11. καὶ, μοι δοκεῖν, ἐρέσθαι τι βούλεται αὐτὸν, et, ut mihi videtur, interrogare eum aliquid vult. De hoc Idiotismo Graecae linguae vid. Herman. ad Viger. p. 732. Ceterum δοκεῖν dicuntur ii, qui in utramque partem excellunt, atque adeo celebrantur sermonibus vulgaribus. Οἵπερ εὐδαιμονέστατοι εἶναι δοκοῦσι §. 18. qui quidem vulgo felicissimi praedicantur, *die gepriesenen Glücklichen.* Collecta huius generis exempla inveniuntur in Fischer. indic. Aeschin. et Lexic. Xenoph. s. v. δοκεῖν num. 7.

Δουλεία, servitus §. 11.

Δρᾶν, facere §. 21.

Δρασμὸς, fuga §. 21.

Δύνασθαι, cum Infinitivo: *posse*, §. 4. 8. 22. Passivum aorist. 1. pro Medio §. 21. Δύνασθαι τι, *efficere aliquid posse*, vim habere aliquid efficiendi. §. 21. ὅπερ γὰρ παρ' ὑμῖν ἡ λήθη δύναται, τοῦτο ἐνταῦθα ἡ ἄγνοια ἐργάζεται.

Δυνατόν ἐστι, *fieri potest.* Συνεργήσω γὰρ ὅσα δυνατὰ §. 3. Adiuvabo enim, quantum fieri poterit. Σὺ δὴ εἰ μὲν ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν δυνατὸν ἦν §. 2. Si scilicet fieri posset, ut in coelum ascenderes.

E.

Ἐᾶν, cum Accus. et Infinit. *sinere, permittere* §. 1. vid. ibi notam. Cum simplici Accusat. *missum facere, mittere, praetermittere.* Ἔα τοῦτον §. 9. mitte hunc. Ἐῶ πένθη §. 18. praetermitto luctus.

Ἐγχεῖν, infundere §. 22.
Ἐθέλειν, velle §. 19.
Ἔθειν. Vid. infra Perfect. εἰωθέναι.
Εἰ, si. *εἰ ἴδοι μὴ κατάγειν μόνον* etc. §. 20. *εἰ πτήσαιτό — πλίνθους χρυσᾶς* §. 12. *An* in interrogatione obliqua. Εἰ δὲ ἀληθῆ ἐστι, σὺ ἂν — εἰδείητε §. 4. An vera autem sint, tu et poetae, videritis. Οἶσθ' οὖν, εἰ δύναιντ' ἂν ἔτι ἀνελθεῖν §. 22. Ponitur et pro ὅτι, praecedente verbo θαυμάζειν, *quod*. καὶ θαυμάζω, εἴ σοι ταῦτα τεράστια εἶναι δοκεῖ §. 4.
Εἴδωλον, *simulacrum* quodcunque. Dicebantur sic etiam *species animae, umbrae, spectra* §. 2. Cf. Dialog. mortt. XVI, 5. ubi Diogenes Herculis umbram appellat ἀσώματον εἴδωλον.
Εἰκάζειν. *simile facere, comparare* §. 19. deinde *coniicere*. ὡς γοῦν εἰκάσαι §. 22. quemadmodum certe coniicio. Viger. p. 205. 6.
Εἴκειν. Vid. praeterit. ἐοικέναι.
Εἰκότως, *ut par est, recte, sane*. Charoni, qui dixisset, excogitatam montium structuram rem esse incredibilis magnitudinis, respondet Mercurius: εἰκότως· ἰδιώτης γὰρ εἶ κ. τ. λ. §. 4. Non miror, tibi hoc ita videri, consentaneum hoc est; sane; recte; illiteratus enim es, et prosaici ingenii. Cf. §. 16.
Εἵμαρται. Vid sub μείρειν.
Εἶναί τινι, *esse alicui*, haberi ab aliquo §. 12. εἶναί τινος, int. χρῆμα, *esse alicuius, possideri ab aliquo* §. 20. ἡ οἰκία — ἀεὶ ἄλλων ἐστι, semper aliorum est domus, mutat dominum. τὴν ἀρχὴν Περσῶν ἐποίησεν εἶναι §. 9.
Εἰνοσίφυλλος, *frondosus, arboribus consitus*. Epitheton Pelii montis §. 4. *baumreich*.
Εἰσέρχεσθαι, *ingredi* proprie. Εἰσέρχεταί τινά τι §. 17. *in mentem venit alicui aliquid*. Cf. de Merc. cond. §. 16. et Quom. histor. s. conscrib. §. 3.
Εἶτα, *deinde* §. 5. *tum, in diesem Falle* §. 2.
Εἰωθέναι. *solere*, facere aliquid pro more suo. Εἰωθὼς §. 1. qui soleas. cf. §. 3.
Ἕκαστος, unusquisque §. 11. 13. 14. 16. 24. In plurali

singuli §. 1. δεῖξεις ἕκαστα. Πάντα καθ' ἕκαστον §. 2. omnia ac singula.

Ἑκάτερος, *uterque* §. 5.

Ἑκατόμβη, *hecatombe*, *sacrificium centum boum* §. 24. At dubia est lectio.

Ἐκεῖθεν, *illinc* §. 23. κἀκεῖθεν (h. e. ἀπὸ τῶν πρὸς μεσημβρίαν) ἡ Κρήτη φαίνεται §. 5. et illinc (a meridiana plaga) Creta apparet.

Ἐκεῖσε, illuc §. 9.

Ἐκκομίζειν, *efferre* (mortuum) §. 17.

Ἐκλέγειν, dicitur is, qui pecuniam debitam, vel imperatam, *exigit*, sive sit quaestor, sive publicanus, sive portitor, sive coactor cuiuscunque generis, Charon sibi munus coactoris (τοῦ ἐκλογέως) portorii tribuit §. 11. ratione scilicet Aeaci, qui quasi publicanus (τελώνης) Orci fuit. cf. §. 2.

Ἐκπέμπειν, *emittere*, *ablegare* §. 11.

Ἐκπίπτειν, *excidere*, cum Genitivo, intellecta praepos. ἐκ, *privari aliqua re*, vel, ad verbum: *excidere aliqua re*, ut bene Latini dicunt. ἐκπεσὼν τῆς εὐδαιμονίας §. 14.

Ἐκπλήττειν, *percellere*, *obstupefacere*, *vehementer afficere animum* §. 15.

Ἐκῤῥήγνυσθαι, *effringi*, dirumpi §. 19. i. qd. διαῤῥήγνυσθαι §. 21.

Ἐκτείνειν, *extendere*, *porrigere*. Ἐκταθεὶς §. 1. *porrectus*, *prostratus*, de dormiente.

Ἐκτόπως, *supra modum*, *plus aequo* §. 11.

Ἐλασείειν, *parare expeditionem*, ἐπὶ Λυδίαν §. 9.

Ἐλάττων, *minor* §. 19.

Ἐλέγχειν τι, *redarguere*, *refellere aliquid* §. 21.

Ἔλεγχος, id, quo aliquid redarguitur, *argumentum*, *index* §. 10. cf. Dial. Mortt. XXI, 2.

Ἐλευθέρως, *libere*, *intrepide*, *audacter* §. 13.

Ἕλκειν, *trahere*, τὴν μητέρα ἐπὶ τῆς ἀπήνης ἄχρι πρὸς τὸ ἱερὸν §. 10. trahere matrem in carpento usque ad templum. ἕλκων τὴν δικωπίαν §. 1. binos remos agens.

Ἕλλην, *Graecus* §. 9. Ἕλληνες, *Graeci* §. 8.

Ἐλπίζειν, *sperare*, cum infinit. fut. §. 8. 17. si recte Schmiederus exhibet χρήσεσθαι.

Ἐλπὶς, *spes*. Pluralis (§. 15 et 17.) significat varia spei genera, caussas et modos.

Ἐμβάλλειν, iniicere τὴν τρίαιναν §. 7. scilicet in mare. τὴν τοῦ Κύρου κεφαλὴν ἐμβαλεῖ ἐς ἀσκὸν §. 13.

Ἐμβοᾷν τινι, *inclamare alicui* §. 20 et 21. (Liv. 1, 25. Albanus exercitus *inclamat* Curiatiis.)

Ἔμετος, *vomitus* §. 7. ab ἐμεῖν, vomere.

Ἔμπαλιν §. 1. ex Schmied. lectione: *viceversa*. Vulg. πάλιν. Hemsterhus. πάλαι.

Ἐμπίπτειν, *incidere*. In nostro libello dicitur fere de iis rebus, quae vehementer et cum impetu irruunt, ut de vento §. 3. ὁπόταν τὸ πνεῦμα ἐμπέσῃ τῇ ὀθόνῃ, quando ventus in velum irruit. §. 7. χειμὼν ἄφνω καὶ γνόφος ἐμπεσὼν h. e. tempestas, cum caligine coniuncta, caliginosa, irruens. §. 15. ὁ μὲν (ὁ φόβος) ἐμπίπτων ἐκπλήττει, alter irruens percellit animum.

Ἐμπὶς, *culex* §. 8.

Ἐμπολεῖν, *acquirere*, *lucri facere*, *lucrari*, Nostrum: *einnehmen*, in mercatu. μηδ' ὀβολὸν ἐμπολῶν §. 2. ne obolum quidem lucrans. Cf. locum Catapl. §. 1. ubi Charon similiter dicit: οὐδέπω οὐδ' ὀβολὸν ἐμπεπολήκαμεν, adhuc ne obolum quidem lucri fecimus.

Ἐμπορία, *mercatura* §. 11.

Ἐμπορπᾶν, *fibula alligare aliquid*, quasi: *infibulare*, a πόρπη, fibula. Ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος §. 14. qui purpureum amiculum habet fibula subnexum.

Ἐμφυσᾶν, *inflare* §. 19.

Ἔναγχος, nuper §. 9.

Ἐνδεὴς τινος, inops alicuius rei, qui indiget aliqua re §. 12.

Ἐνδιδόναι, *remittere*, *laxare*. ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδὸς §. 3. laxare paullulum pedem. Cf. Deor. Dial. XXV, 1. εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, si enim quis remiserit scil. frena.

Ἐνεῖναι, *in potestate situm esse, fieri posse*. Οὐκ ἔνι (poetice pro ἔνεστι) ἄμφω, καὶ ἀσφαλῆ, καὶ φιλοθεάμονα, εἶναι §. 5. fieri non potest, ut utrumque, et tutus, et spectandi cupidus, sis. Versio falso habet: *non licet*, quod est: οὐκ ἔξεστι.

Ἐνεργεῖν, *efficere*, *perficere*. εἰ δὲ καὶ αὐτὸν κελεύοι ἐνεργεῖν

τὰ τοῦ θανάτου ἔργα §. 2. te et ipsum impediet hoc, quominus administres negotia mortis.

Ἔνιοι, *nonnulli* §. 7.

Ἐνίοτε, *nonnunquam* §. 15.

Ἐννοεῖν, *considerare (cogitare)* §. 17. πρὸς ἐμαυτόν γε ἐννοῶ §. 18. mecum quidem cogito.

Ἐνταῦθα, *hoc in loco, hic.* Opponitur Orco; estque adeo: *in hac vita* §. 21 et 20. quo altero loco τὰ ἐνταῦθα σεμνὰ sunt ea, quae in hac vita coluntur et magni fiunt.

Ἐντελής, *perfectus, omnibus numeris absolutus* §. 22. siquidem ibi vulgaribus editionibus fidem habere licet.

Ἐντίθεσθαι, Med. *imponere*, ἐς τὸ σκαφίδιον §. 8.

Ἐντυγχάνειν τινι, *obviam fieri alicui* §. 1 et 6.

Ἐξακούειν, exaudire, μόγις καὶ τοῖς γείτοσιν ἐξακουσθέντος τοῦ πτώματος §. 16. ita, ut vel a vicinis vix exaudiatur eius casus.

Ἐξελαύνειν, *provehi equo*, ἐφ' ἵππου §. 13.

Ἐξεργάζεσθαι, *cum diligentia perficere, conficere*, ὅρα μόνον, μὴ λεπτότερον ἐξεργασώμεθα τὸ ἔργον §. 5. vide modo, ne subtilius conficiamus opus. Praeterit. Pass. nonnumquam Activam vim habet, ὁρᾷς, ὅπως ῥᾳδίως ἅμα καὶ ποιητικῶς ἐξειργάσμεθα §. 4. vides, quam facile simul et poetice rem perfecerimus. Cf. Xenoph. Sympos. IV, 61.

Ἐξευρίσκειν, *cogitando invenire, excogitare* §. 3.

Ἔξοχος. Hesych. ἔνδοξος, *excellens, eminens.* ἔξοχος ἀνθρώπων §. 8. qui eminet inter homines.

Ἔξω, Praepos. cum Genit., proprie: *extra*; nonnumquam etiam: *praeter.* Ἔξω τοῦ ἀβεβαίου — τῆς τύχης §. 18. praeter inconstantiam fortunae. Xenoph. Hier. I, 7. ἔξω τούτων, ὧν εἴρηκας σύγε, οὐδ' — ἔχοιμ' ἂν εἰπεῖν, praeter haec, quae tu quidem dixisti, neque — possim dicere. Etiam Latini passim sic utuntur praepositione *extra* pro: *praeter.* Neque notus, neque cognatus, *extra* unam aniculam, quisquam aderat. Terent. Phorm. I, 2, 48.

Ἐοικέναι, Praeterit. verbi εἴκειν, significat: *similem esse*, ὅτινι ἐοικέναι μοι ἔδοξαν οἱ ἄνθρωποι §. 19. cui similes esse mihi videantur homines. τὰς πόλεις αὐτῶν ἐοικυίας τοῖς σμήνεσι §. 15. urbes eorum, quae similes sunt alvearibus. Non

minus huc refero modum huius verbi cum Dativo Participii construendi. καὶ νῦν ἐλασείοντι ἐπὶ Λυδίαν ἔοικε §. 9. nunc similis est meditanti expeditionem in Lydiam, h. e. meditari *videtur* expeditionem. Deinde Infinitivo iunctum, significat *videri.* ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι §. 6. videor autem nunc descensurus esse. Unde ὡς ἔοικε est fere: *ut videtur*, *ut par est*, *ut credibile est*, *ut credo*, *ut video*, et talia. οὐχ Ἕλλην, ὡς ἔοικεν ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς §. 9. non Graecus, ut videtur a stola certe eius. μετακινητέα ἡμῖν καὶ ἡ Οἴτη, ὡς ἔοικεν §. 5. transmovenda nobis etiam Oeta, uti credo.

Ἐπαινεῖν, *laudare* §. 8.

Ἔπαινος, *laus* §. 23.

Ἐπαίρειν, *attollere.* ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων §. 14. Interim autem in sublime tollantur.

Ἐπακούειν, *auscultare*, *attendere auribus.* ἐπακούσωμεν οὖν §. 11. auscultemus igitur. Deinde: *audire*, auribus percipere. καὶ ταῦτα γὰρ τῆς Κλωθοῦς ἐπήκουσα §. 14. etenim haec quoque e Clotho audivi.

Ἐπάλληλα τὰ ὄρη, montes alios super alios §. 3.

Ἐπανιέναι, *redire*, *reverti* §. 5.

Ἐπαντλεῖν, *aquam haustam infundere.* Ἡράκλεις, ὡς πολὺν τὸν Ὅμηρον ἐπαντλεῖς §. 23. Hercules, quam vehementer Homerum infundis! Vid. ibi notas.

Ἐπεῖναι, *inhaerere*, *imminere* §. 7. ἡ πρὶν ἐπῆν.

Ἐπείπερ, *quandoquidem* §. 5. 20. 23.

Ἐπεί τοι, *nam profecto* §. 22.

Ἐπήκοος, int. τόπος, *locus, unde, quae quis loquitur, clare exaudiri possunt.* ἐξ ἐπηκόου ἐμβοᾶν τινι §. 20. e loco edito inclamare alicui, ita, ut audiri quaeque possint; vel simpliciter: ita inclamare, ut exaudiri possit. Cf. Bis accus. §. 9.

Ἐπὶ τούτῳ, *insuper* §. 7. ἐπὶ κακῷ τῶν θεῶν §. 3. in damnum, damno, deorum, nocendi diis causa. Vid. Hoogeveen ad Viger. p. 622. a. τὰ ἐπὶ τάδε τοῦ Ἴστρου §. 5. sunt eae regiones, quae versus hasce Istri partes sitae sunt, i. e. quae cis Istrum sunt. Vid. L. Bos. Ellips. p. 166. ἐπὶ πλέον, *diutius* §. 19. Comparativus τοῦ, ἐπὶ πολύ, diu.

Ἐπιβατεύειν, τινος, adſcendere, conſcendere aliquid §. 2.

Ἐπιβάτης, de qua voce vid. Sturz. in Lexic. Xenophont. apud noſtrum ubique eſt is, qui navi vehitur, *vector, Paſſagier* §. 3. Dicitur ſcil. ibi de umbris, quas transvehit Charon; quemadmodum etiam Mortt. Diall. XXII, 2. ubi Menippi umbra haec dicit Charoni: καὶ οὐκ ἔκλαιον μόνος τῶν ἄλλων ἐπιβατῶν.

Ἐπιβουλή, et Plural. ἐπιβουλαί, *inſidiae*, §. 11. 18.

Ἐπιγράφειν τι, *inſcribere alicui rei* §. 24.

Ἐπιδημεῖν, proprie: in alius populi finibus commorari i. e. *peregrinum, advenam eſſe.* ἐπιδημεῖν τῷ βίῳ §. 17. peregrinum eſſe in vita.

Ἐπιέναι τινι, *invadere, irruere,* in aliquem. τοῖς Λυδοῖς §. 12. Deinde dicitur de iis, quae proxime futura ſunt, *inſtare, imminere.* καλουμένους ὑφ' ὧν εἶπον ἐπιόντων ἀγγέλων §. 17. citatos ab iis, quos dixi (init. paragraphi) *imminentibus* nunciis; h. e. qui usque circumdant vitam hominum, usque parati ſunt, ubi Mors iuſſerit, irruere in eos, vitamque iis eripere.

Ἐπιθυμεῖν, *cupere, deſiderare* §. 1 et 12.

Ἐπικλώθειν. Activum legis §. 16. Μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας ἑκάστῳ τὸν ἄτρακτον, quae ſuperne filum unicuique fatale ducunt. Cf. Catapl. 7. Frequentius vero Med. ἐπικλώθεσθαι Parcae proprie dicuntur, quae *fatalia fila ducunt,* atque adeo *ſtatuunt,* vel *deſtinant,* ſua cuique fata. τὰ ἑκάστῳ ἐπικεκλωσμένα §. 13. uniuscuiusque fata praeſcripta. Vid. quae de hoc verbo leguntur in Fiſcher. Indic. Aeſchin.

Ἐπικροτεῖν τινι, *plauſu manuum* (κρότῳ) *alicui adſenſum ſuum ſignificare cum animi quodam affectu; applaudere alicui* §. 8. cf. Dial. Marinn. Deor. XV, 3., ubi Nereïdes raptui Europae applaudunt.

Ἐπικυλινδεῖν, fortius quam ἐπιτιθέναι. Hoc §. 3. eſt imponere montem alterum alteri. Illud *involvere, hinaufwälzen* §. 3 et 5. quo moles montis maior ob oculos ponatur.

Ἐπιλαμβάνεσθαι τι, *occupare ſibi* ſ. *in ſuum uſum.* μίαν ἑκάτερος ἄκραν ἐπιλαβόμενοι καθιζώμεθα §. 5. altera ab utroque

ſibi arce occupata confideamus. ἐπιλαμβάνεσθαι τινος, *apprehendere, arripere aliquid.* ἔνθ' ἂν μάλιστα οἴηταί τις ἐπιλήψεσθαι αὐτῶν (τῶν ἐλπίδων) §. 15. ubi vel maxime quis putaverit ſeſe apprehenſurum eas, i. e. compotem earum facturum.

Ἐπιλανθάνεσθαί τινος, *oblivisci alicuius.* Praeter. Paſſ. pro Medio. Ὅτι ἡμῶν οὐκ ἐπιλέλησαι §. 10. quod noſtrum non oblitus es, ſ. quod memor es noſtrum.

Ἐννοεῖν, ſemper differt ab ἐνθυμεῖν, et ita quidem, uti νοῦς et θυμὸς, mens et animus. Errant ſcilicet Lexicorum Indicumque ſcriptores ii, qui praecipiunt, ἐννοεῖν cum Infinitivo iunctum ſignificare *in animo habere, velle*; neque enim hoc verbum unquam ad animum, proprie ſic intellectum, neque adeo ad voluntatem referri poteſt, ſed cum ad mentem, tum in primis ad cogitationes refertur. Eſt igitur ἐννοεῖν vel *cogitare*, vel *excogitare*. Poſterior vis ineſt verbis: αὐτὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἐννόει τὸ βέλτιστον §. 2. tu ipſe excogita id, quid optimum eſt; et alibi. Priorem ne ibi quidem abeſſe exiſtimes, ubi ἐννοεῖν Infinitivo iunctum eſt. Ἐννοῶ τοῦτο ποιεῖν neutiquam eſt: volo hoc facere, quod eſſet βούλομαι, multo minus: cupio hoc facere, quod eſſet ἐπιθυμῶ, ſed eſt: *cogito hoc facere*; Theodiſce: *ich denke das zu thun*; hoc eſt: cogito de hac re facienda, mente hoc agito, molior. Voluntas igitur huic verbo per ſe quidem ſubeſt, verum non faciendi vel gerendi rem, ſed cogitandi, deliberandive. Rem illuſtret exemplum vetus. Ariaeus, ubi cum Clearcho de reditu Graecorum in patriam conſultat, Xenoph. Anab. II, 2. dixerat, ſi, qua via veniſſent, eadem redire vellent, omnes eſſe fame perituros, et pergit iam §. 11. Νῦν δ' ἐννοοῦμεν πορεύεσθαι μακροτέραν μὲν, τῶν δ' ἐπιτηδείων οὐκ ἀπορήσομεν. Falſo hic redditur: *volumus* proficiſci, quoniam, ubi deliberamus adhuc, voluntati iam locus eſſe non poteſt. Unica interpretatio eſt: Nunc vero cogitamus proficiſci longiori quidem itinere, in quo autem neceſſariis rebus non indigebimus. Ulterius hanc diſputationem perſequi, quamquam non difficile ſit, hoc tamen loco non licet.

Ἐπιορκία, *periurium* §. 11. Vid. Lexic. Xenoph. Thiemio-Sturz. s. v. ἐπιορκεῖν.

Ἐπιπίπτειν, *incidere*, ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμὶς ἐπιπεσοῦσα §. 6. tegula de tecto incidens in eum, *der vom Dache herab auf ihn fiel.*

Ἐπιπλέκειν, *implicare.* νῆμα ἑκάστῳ ἐπιπεπλεγμένον §. 16. filum unicuique implexum.

Ἐπιπλοκή, *implicatio*, *nexus* §. 16.

Ἐπίσημος, *insignis*, h. e. *signatus*, cui nota impressa est; de auro proprie dicitur. Cf. voc. ἄσημος. Deinde significat: *insignis*, *nobilis.* πόλεις ἐπίσημοι §. 23. insignes urbes.

Ἐπισκοπεῖν, *inspicere*, *contemplari* §. 5. Quoniam Charon et Mercurius in hoc libello traduntur ea, quae in mundo agi solent, contemplati esse; inde titulus alter: οἱ ἐπισκοποῦντες, quem recte Latini interpretes reddunt: *Contemplantes*, male vero, et non sine infelici quadam affectatione Manhemiensis interpres vertit: *der Besuch.* Licet enim ἐπισκοπεῖν, ut *visere* Latinorum, non raro de iis dicatur, qui adeunt aliquem visitandi causa: in hoc tamen dialogo equidem visitationis nulla vestigia deprehendo. Certe siquid eiusmodi cogitare velis: Charon fuerit unus visitans. De Mercurio, quippe nuncio Deorum terrestri, nemo id cogitaverit. Pluralis vero numerus ad utrumque, credo, referendus.

Ἐπισπέρχειν, *festinare cogere*, *incitare*, *urgere* §. 17.

Ἐπίστασθαι cum ὡς et Indicat. §. 17.

Ἐπιτελεῖν τὴν ὑπόσχεσιν §. 6. *satisfacere promisso* suo, *perficere promissum*; ut Terent. Andr. IV, 1, 7.

Ἐπιτήδειος· ἱκανός §. 3.

Ἐπιτιθέναι τί τινι, vel ἐπί τινι §. 9.

Ἐπιχωριάζειν, cum Dativo loci, *ventitare ad*, *frequentare* §. 1. Nigrin. §. 34.

Ἐποικοδομεῖν §. 4. *inaedificare.* Caes. B. C. II, 16.

Ἔπος, *versus* §. 7. carmen §. 4. 23.

Ἑπτέτης, *septennis* §. 17. Vid. ibi notam. Toxar. 61. Odyss. VII, 259. Hermot. 13. Schaef. Meletem. p. 60. hunc locum laudans dat formam ἑπτέτης. Platon. Gorg.

[illegible] c. 26. Auct. Axioch. S. 7. ἑπταετία. Diall. Mortt. XXVII, 8. ἐννενηκονταέτης. Vid. Fischer. Animadv. II. p. 56. τετραέτης Athen. X, 7.

Ἐπῳδή, incantatio §. 7.

Ἐρᾶν τινος §. 11. ἐρᾶν ἔρωτα τινος ibid. vehementer appetere.

Ἐργάζεσθαι, *efficere* §. 16. 21.

Ἐργάτης, *operarius* §. 17.

Ἔρεσθαι ἐρωτᾶν §. 6. 7. 11.

Ἐρέττειν, *remigare* §. 1.

Ἕρμαιον, quod lucri fit, patrono Mercurio, quod aufertur vel vi, vel dolo; omnino, *praeda* §. 12. Scholiast. ad Somn. 9. et ad Hermot. 52. interpretatur constanter τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος. At inexspectati notio aliena est ab hac voce, immo ex arbitrio, opinor, Grammaticorum intrusa.

Ἐρύθημα, *rubor* §. 11.

Ἐς τὴν παροῦσαν ἡμέραν §. 1. ad praesentem usque diem. ἐς ἀεὶ §. 17. 20. 24. *in aeternum.* Liv. IV, 4. in aeternum, urbe condita, et in immensum crescente.

Ἑσπέρα, *occidens, plaga occidentalis* §. 5.

Ἔστ' ἂν (ex ἐς et τε compositum) cum Coniunct. *quoad, quamdiu* §. 17. Vid. Valkenar. ad Eurip. Hippol. v. 659 et Hoogev. ad Viger. p. 595.

Ἑστιᾶν τινα §. 17.

Εὖγε, vel plene cum Verbo occurrit, ut εὖγε παρῳδεῖς §. 14. bene quidem imitaris Homerum. εὖγε ἐποίησας §. 24. bene profecto fecisti; vel elliptice legitur, ut fere verbum ποιεῖν intelligere debeas; ut εὖγε, ὦ Κλωθοῖ §. 14. int. ποιεῖς, pulchre scilicet facis; εὖγε, ὦ γεννάδαι §. 21. int. ποιεῖτε, recte quidem facitis.

Εὐδαίμονες πόλεις §. 23. *urbes florentes opibus.* In Anabas. Xenophontea coniunguntur fere: πόλις εὐδαίμων καὶ μεγάλη, veluti Lib. I, 2, 6. 7. 20. 23. etc. Vid. Schaefer. Meletem. p. 42.

Εὐθετεῖν §. 24. *in suo quidque loco ponere.*

Εὐκτίμενος, *bene, s. pulchre, conditus* §. 23. poetica forma pro εὐεκτισμένος.

Εὔπυργος, *turribus ornatus* §. 23.

Εὐρυάγυιος, *latis viis insignis* §. 23. ab ἀγυιά, via, et Εὐρύς, *latus* §. 8.

Εὐτυχεῖν ἐπὶ τῷ παιδὶ §. 17. felicem esse filio. Eurip. Ion. v. 465. cum εἰς iungit: εἰς τέκν' εὐτυχεῖν.

Εὐφημεῖν, *bona verba*, i. e. quae bonum omen habeant, *dicere*. Unde εὐφήμει ab eo dicebatur, qui alterum vellet vel bonum omen significantia verba proferre, vel omnino tacere §. 12. i. e. *bona verba, quaeso*, vel: dii meliora! *Behüte Gott!* Cf. Hemsterh. ad h. l. Deor. Diall. XXI, 2.

Εὔχεσθαι, *gloriari, se iactare* §. 14.

Ἐφεστρίς, *amiculum, pallium*, πορφυρᾶ §. 14. i. qd. paullo post πορφυρίς. Vid ibi annotata.

Ἐφιστάναι, *adstare* §. 17.

Ἔχειν, cum Adverbiis §. 1. 3. 5. bis. 7. 15. Discrimen est inter εὖ ἔχει et καλῶς ἔχει 1. 3. cum Infinitivis §. 7. 17.

Ἔχεσθαι. Med. cum Genitivo, *firmiter tenere*. ἔχου μου τῆς δεξιᾶς §. 5. firmiter tene dextram meam. Notandum est, dici etiam: ἔχεσθαι τινος χειρὶ, alia scilicet ratione. Velut Xenoph. Cyneg. X, 11. ἔχεσθαι αὐτοῦ τῇ μὲν χειρὶ τῇ ἀριστερᾷ — h. e. sua manu sinistra eum firmiter tenere.

Ἑῷος, *orientalis*. Τὰ ἑῷα, int. χωρία §. 5.

Z.

Ζεύς, *Iupiter* §. 2. Distinguitur inter Iovem superiorem et inferiorem §. 1.

Ζηλοτυπία, *aemulatio* §. 15.

Ζημιοῦν τινα, *damnum inferre alicui* §. 2.

Ζητεῖν, *quaerere, investigare*, quod inveniri non possit, §. 23.

Ζόφος, *tenebrae* §. 1. Orci scilicet.

H.

Ἥδεσθαι, *laetari*. Aorist. Pass. pro Medio §. 6.

Ἥκιστα, *minime* §. 4.

Ἡλίκος, *quantus* §. 22.

Ἠμὲν — ἠδὲ §. 7.
Ἡμιθνὴς, *semimortuus*, *semianimis* §. 24.
Ἤν τε — ἤν τε, *sive* — *sive* §. 12.
Ἠπίαλος, *febris frigida*, veteribus Latinis *querquera* dicta §. 17.
Ἡρακλῆς, Hercules, frater Mercurii, loco Atlantis suscipit humeris coelum §. 4. Ἡράκλεις §. 23. mirantis est: *papae: ey der tausend!*
Ἠρίον, *sepulcrum* humile, et in plano situm, quemadmodum, auctore Solano ad h. l., Suidas et Harpocration hanc vocem interpretantur §. 22.
Ἡσυχία. Vid. s. ἄγειν.
Ἧττον, *minus* §. 17.
Ἠΰκομος, *pulchre comatus* §. 22. poët. pro εὔκομος.
Ἠΰς, *fortis* §. 8.
Ἥφαιστος, *Vulcanus*, de coelo deiectus.

Θ.

Θάνατος, Deus, *ὁ ἀμαχώτατος τῶν ἀνταγωνιστῶν* §. 8. *ὁ βέλτιστος* §. 17. cuius nuncii et ministri sunt morbi, gladii etc. Quoniam masculum est numen, reddi Latine debet: *Orcus*. Vid. omnino Hemsterhus. ad posteriorem locum, vel Barth. ad Stat. Thebaid. IV, 528.
Θάπτειν, *sepelire* §. 23.
Θαυμάζειν, *mirari* cum εἰ, pro ὅτι §. 4. deinde: *admirari*, *magni facere* §. 8.
Θέμις, *fas* §. 2.
Θερσίτης, *Thersites*, turpissimus Graecorum, probra usque iactans et convicia §. 22. Vid. Homer. Iliad. II, 212 sq.
Θεσπέσιος, *divinus* §. 1. vox poetica.
Θέτις, *Thetis*, Pelei uxor, et mater Achillis §. 22.
Θετταλὸς, *Thessalus* §. 1.
Θησαυρὸς, *thesaurus*, *gaza* §. 10.
Θνητὸς, *mortalis* §. 17.
Θύελλα, *procella* §. 7.

I.

Ἰᾶσθαι τι, *mederi alicui rei* §. 7.
Ἴδιος, *proprius*, non communis §. 15.
Ἰδιώτης, quid significet, videndum ubique est ex opposito §. 4. Charon Mercurio dicitur ἰδιώτης, qui miretur, quomodo montes a duobus viris possint transportari, i. e. *imperitus*; additur enim: καὶ ἥκιστα ποιητικός. Alio loco §. 18. ἰδιῶται opponuntur τοῖς βασιλεῦσι, atque adeo sunt *privati homines*.
Ἰδού, gestientis vox: *ecce* §. 5.
Ἱερεύς, *sacerdos* §. 10.
Ἱκανός, *sufficiens*, cum εἶναι §. 4 et 21. *sufficere*. Deinde *idoneus*, *conveniens* §. 3.
Ἴλιον, τό, *Ilium*, et ἡ Ἴλιος, *Troia* §. 23.
Ἵνα, *ubi*, *quo in loco* §. 22.
Ἴναχος, *Inachus*, fluvius Argolidis §. 23.
Ἶος, *unus*, *solus* §. 22.
Ἶρος, *Irus* §. 22. mendicus quidam in Ithaca insula, de quo in Odyss. XVIII. init.
Ἱρός, Ionic. pro ἱερός §. 23.
Ἴσος, *par*, *aequalis* §. 22.
Ἰσοτιμία, *par pretium*, vel *ius*. Usitata est phrasis: ἐξ ἰσοτιμίας, *aequali iure* §. 18. h. e. aeque ac ceteri homines. Cf. Piscat. 34.
Ἴστρος, *Ister*, fluvius Moesiam inter et Daciam, postea Danubius dictus §. 5.
Ἰταλία, *Italia* §. 5.
Ἰχθύς, *piscis* §. 14.
Ἴχνος, *vestigium* §. 23.
Ἰωνία, *Ionia*, regio Asiae minoris, ad mare Aegeum inter Cariam et Aeolida §. 5.

K.

Καθά, *sicut*, *velut* §. 24. Sed ibi legendum vr. καθ' ἅ. Vid. adnotat.
Καθαιρεῖν, *tollere*, *interimere* §. 9. Vid. ibi adnot.
Καθάπερ, *quemadmodum*, *sicuti* §. 1. 2. 16.

Κάθαρμα, convicium, et antiquioris et serioris Graecitatis, frequens imprimis in Luciani scriptis. Significat autem hoc vocabulum proprie id, quo expiatur aliquod facinus, i. e. *piaculum;* deinde impura illa ipsa, quae purgando absterguntur, *sordes, purgamentum.* Omnino late patuit vis huius convicii, ut difficile sit in quovis loco sensum eius plene interpretari. Cui id placuerit, conferat is haec Luciani loca: Dial. Mortt. X, 9. et XX, 2. Pisc. 34. de Merc. Cond. 24. Hermotim. 81. Demon. 30., in quibus singulis alia quadam ratione definiendus videbitur maledicti sensus. Nostro loco §. 10. interpretum alius vertit: *o scelus,* alius: *purgamentum hominis:* Equidem adhibuerim Plautinam vocem: *o propudium!* (Plaut. Poen. I, 2, 61. et saepius) qua etiam Cicero Philipp. XIV, 3. secundum veram lectionem, Antonium afficere dignatur. Theodisce: *unverschämter Mensch,* vel, si maiorem sermonis fortitudinem desideres, *du Schandbalg!* Manhemiens., *du Lumpenkerl!* Wielandius, sensum suum decori, vel nescio, an delicati? sequens, plane omisit, sentiens haud dubie cum Harlesio (ad Demosth. orat. de coron. c. 39.) talem dicendi licentiam a popularium nostrorum humanitate, vel potius (quidni enim dicam, quod res est?) elegantia et mollitie, alienam esse. Verecundia dicendi, nostratium propria, genuit ignaviam agendi. Hinc illae lacrymae! Vid. de hac voce Wetst. N. T. II. p. 114. L. Bos. Exercc. Phil. in N. T. p. 125 sq. Petron. c. 13. et ibi interpret. Wolf. cur. Phil. P. II, p. 358. Schol. Aristoph. ad Plut. v. 454. καθάρματα ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ καθάρσει λοιμοῦ τινος, ἢ τινος ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς.

Καθίζεσθαι, considere, non, uti nonnullis placet, sedere, quod est καθῆσθαι §. 3 et 5.

Καθῆσθαι, *sedere* §. 9.

Καθίστασθαι, existere, *fieri* §. 2. Vid. s. αἴτιος.

Καθορᾶν, *despicere,* ex alto scil. §. 2.

Καίειν, *comburere* §. 22.

Καιρός ἐστι §. 18. *commodum est.* Cf. s. v. ὥρα.

Καίτοι, *et sane* §. 7. *at, at vero* §. 3. *quamquam* §. 24.

Καμβύσης, *Cambyses*, Cyri maioris pater, rex Perfarum §. 9. Alius est Cambyses §. 13. eiusdem Cyri filius et successor in regno, de quo Iustin. I, 9.

κάμνειν, laborare, *labore defatigari* §. 2 et 20.

καπνὸς, *fumus* §. 22.

κάρηνον, *caput* §. 22. ex Homero.

Κασταλία, int. πηγὴ, *Castalia*, fons Parnassi montis §. 6.

κατὰ ταὐτὰ, *eodem modo* §. 3. bis.

κατάγειν, *deducere* §. 22. de Mercurio; umbrarum ductore. De altero eiusdem paragraphi loco, ubi haec vox de Charone vulgo dicitur, vid. notas ad h. l.

καταγέλαστος, *deridendus*, *ridiculus* §. 17.

καταγιγνώσκειν, *cognoscere*, *intelligere* §. 21.

καταθνήσκειν, cuius verbi non usitata est apud poetas alia forma, nisi κατθανεῖν, et sine Augmento quidem, quacunque ratione occurrat, simpliciter significat *mori* §. 22. Cf. Demon. 60. et Beck. Indic. Eurip.

καταιγίζειν, *cum impetu irruere* §. 3. de vento.

καταλαμβάνειν, *opprimere*, *offendere* §. 7.

καταλείπεσθαι, Med. *reliquum esse*, *superesse* §. 23. cf. Xenoph. Hier. V, 2.

καταπαλαίειν, *lucta vincere* (a πάλη), deinde omnino *devincere* §. 8.

καταπίπτειν §. 14 et 16. *decidere*, praecipitem ferri.

καταπλεῖν, *navigare litus versus*, vel *in portum* §. 11. Quum ἀναπλεῖν contra sit; e portu contendere in altum. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 630.

καταῤῥάττειν, *cum impetu decidere*, vel *defluere* §. 19.

κατάστρωμα, *fori*, s. *tabulatum*, *navis*, in quo inferioris ordinis homines dormire solebant §. 1. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 612. et Casaubon. ad Theophr. Charact. XXII, 2., qui uterque huius Lucianei loci haud immemor fuit.

κατιέναι, *deorsum ire*, descendere §. 1 et 21.

κατορύττειν, *defodere*, *sepelire* §. 22.

κάτω, *infra* §. 5. 15. oppr. τῷ ὑπεράνω §. 23.

κάτωθεν, *ab inferiore loco*, *ab imo* §. 22. h. e. *ab inferis sursum*.

Καύκασος, *Caucasus*, mons Asiae Pontum inter Euxinum et mare Caspium §. 5.

Κεντεῖν, *stimulare*, *stimulis pungere* §. 15.

Κέντρον, *aculeus*, *stimulus* §. 15.

Κεραμὶς, *tegula* §. 6.

Κεφάλαιον, *quod summum est, atque adeo praecipuum* §. 2.

Κηρὸς, *cera* §. 21.

Κηρύττειν, *per praeconem citare* §. 2.

Κλέοβις, *Cleobis*, Argivae sacerdotis filius, a pietate in matrem praedicatus a veteribus §. 10. Scriptum passim est κλέωβις. Sed in Herodot. 1, 31. Reitzius, magnae auctoritatis nomen! edidit κλέοβις, quamquam vulgo ω exhibitum est.

Κλεωναὶ, Cleonae, urbs Argolidis §. 23.

Κληρονομεῖν τινος, *heredem scribi alicuius*, *hereditatem alicuius capere* §. 16. *beerben.*

Κληρονόμος, *heres* §. 17.

Κλίμαξ, *scala* §. 3.

Κλίνη, *lectus* §. 9. 14.

Κλωθὼ, *Clotho*, Parcarum una §. 13. 14.

Κνίσσα, *nidor* §. 22.

Κολακεία, *adulatio* §. 18.

Κράζειν, *clamare* §. 21.

Κρανίον, *calvaria* §. 5. 22. (Plin. H. N. XXX, 6. 7.)

Κρείων, *rex* §. 22.

Κρέμασθαι, *pendere* §. 16 et 17. quo tamen posteriori loco Guyet. coniecit ἐκκρέμαται.

Κρήτη, *Creta*, insula maris mediterranei, hodie: *Candia* §. 5.

Κρίσις, *iudicium* §. 10. Vid. ibi notam.

Κροῖσος, *Croesus*, rex Lydiae, colloquitur cum Solone §. 9. sq. Apollini mittit lateres aureos §. 11. Fatum ei est, capi a Cyro §. 13.

Κρόκη, proprie *subtemen*, h. e. fila illa transversaria, quae staminι intexuntur, *der Eintrag*. Deinde omnino *stamen*, vel *filum quodlibet* §. 17.

Κρότος, *plausus* §. 8.

Κρότων, *Croton*, urbs Bruttiorum prope mare Ionicum §. 8.

Κρουνὸς, *scatebra*, *aqua saliens* §. 19.

Κτῆσις, *possessio* §. 20.

Κυβερνήτης, *gubernator* §. 3.

Κυκᾷν, *miscere*, *turbare*, *perturbare*.

Κύκλος, *orbis*, *circulus*. Ἐν κύκλῳ περιβλέπειν §. 5., *in orbem circumspicere*.

Κύκλωψ, *Cyclops*, unus luscorum illorum Vulcani operariorum §. 7. i. e. Polyphemus. Vid. Odyss. IX, 181 sq.

Κῦμα, *fluctus* §. 3.

Κῦρος, *Cyrus*, Cambysis filius, rex Persarum, expeditionem parat in Lydiam §. 9. 12. captivum reddit Croesum, ipse vero tandem occiditur a Tomyride, Massagetarum regina §. 13.

Κωκυτὸς, *Cocytus*, flumen infernum §. 6.

Κώνειον, *cicuta* §. 17.

Λ.

Λαγχάνειν τινὸς, *sortiri*, *sorte accipere*. §. 22. Poet. ἔλλαχε pro ἔλαχε.

Λακεδαιμόνιοι, *Lacedaemonii*, de agro quodam contendunt cum Argivis §. 24.

Λάλος, *loquax* §. 1. Cf. Necyom. 18.

Λειμὼν, *pratum* §. 12.

Λειπόνεως· ὁ τὴν ναῦν ἀπολελοιπώς. Hesych. ergo *desertor navis*. Proprie dicitur in bonam partem de eo, qui, venia impetrata, navem suam relinquit §. 1. Plerumque vero malo sensu apud veteres occurrit, de iis scilicet, qui clam, et malo consilio, naves deserunt, ita, ut δίκη λειποναυτίου esset lis, quae adversus eos agebatur, qui vel pugnam navalem, vel omnino navem suam deseruissent. Cum timore igitur quodam superato ac paene subiocoso Mercurius, diutius moratus apud superos, Clotho, Charonique dicit: ὀλίγου δεῖν λειπόνεως ὑμῖν τήμερον ἐγενόμην Catapl. §. 3. Cf. Harles. ad Idyll. Theocrit. XIII, 73. et Hemsterh. ad hunc nostrum locum.

Λεπτὸς, *tenuis* §. 16. *subtilis* §. 5.

Λήθη, *Lethe*, flumen Orci, ex quo umbrae praeteritorum *oblivionem*, bibere credebantur §. 21.

Λῃστήριον, *latrocinium* §. 11 et 17

Λῃστὴς, *latro*, *praedo* §. 12.

Λιβύη, *Libya*, latiori sensu: *Africa* Romanorum, angustiori vero terrâ, quae Aegyptum inter et Syrtes sita est.

Λίμνη, *lacus*, *stagnum* §. 6.

Λῖνος, *filum linteum* §. 16.

Λογίζεσθαι; argumentando colligere, concludere §. 18.

Λογοποιεῖν, *dictitare*, *perhibere*, §. 12. Dicitur hoc verbum vel omnino de rumoribus, qui vulgo sparguntur, falsi sint, verive, vel singulatim de iis, quibus veri nihil subest.

Λόγος. Χάρωνος δὲ οὐδεὶς λόγος §. 24. int. ἔχεται vel γίγνεται, *Charonis vero nulla habetur ratio.*

Λυγκεὺς, *Lynceus*, Argonautarum unus, acutissimis oculis praeditus §. 7. Vid. Apollon. Rhod. Argonaut. I, 153 et IV, 1478.

Λυδία, *Lydia*, ditio Croesi in Asia minori §. 5. 9. auro abundans, non aeque ferro §. 12.

Λυδὸς, *Lydus*, in Lydia habitans §. 12 et 13.

M.

Μάγειρος, *coquus* § 14.

Μαῖα, Maia, filia Atlantis, et mater Mercurii §. 1.

Μαιάνδριος, *Maeandrius*, Samius, prodidit Polycratem §. 14. Cf. Necyomant. §. 16. ibique Solan. et Perizon. ad Aelian. V. H. III, 123.

Μαίνεσθαι, *furere*, *insanire*. Μανεὶς §. 13. *furore percitus*, *mente captus*.

Μακάριος §. 12. quomodo differat ab εὐδαίμων, exemplo Croesi disci potest. Xenoph. Cyrop. VII, 2, 26. Weisk. Ὦ μακάριε §. 21. *o bone.* Horat. Epist. II, 2. 37. cf. Vit. Auct. §. 26.

Μακρὸς, *longus*, *longinquus* §. 11. Οὐκ εἰς μακρὰν int. ὥραν §. 8. *non in longum tempus*, h. e. *mox*, *propediem.* Cf. Somn. §. 10. De Ellipsi ipsa adeundus Schoetgen. ad L. Bos. Ellips. p. 335 sq.

Μασσαγέτις, natione Maſſagetis, femina Maſſagetica e Maſſagetis, populo quodam Scythico §. 13.

Μάταιος, de rebus: *vanus*, *inutilis* §. 20. πόνοι μάταιοι. De hominibus: *vanus*, *inanis*, *puſilli animi* §. 20 et 22.

Μάχαιρα, *gladius* §. 12.

Μεγαλαυχία, *iactantia*, *gloriatio* §. 11. Cf. Dial. Deor. VI, 5.

Μεγαληγορία, *magniloquentia*, *ſublimitas orationis*, §. 23. Cf. Sacrif. §. 9.

Μεγαλουργία, *magnificentia*, *magnitudo operis* §. 4.

Μέγας. Μέγα, pro adverbio μεγάλως, *valde* (Vid. Erneſt. ad Callimach. epigr. p. 483.) §. 20. Cf. ibi notam. Μέγα φρονεῖν §. 8.

Μείρειν, *dividere*, *partiri*. Hinc εἵμαρται §. 16. *fato deſtinatum eſt*, *fatum eſt*.

Μέλει μοί τινος §. 12. *curae mihi eſt aliquid*.

Μελίκρατον, *aqua melle mixta*, *mulſum* §. 22.

Μεταβάλλειν, *mutare* §. 20.

Μετακινεῖν, *loco ſuo movere* §. 5 et 6.

Μεταλλεύειν, *metalla quaerere* §. 11.

Μεταξὺ, *inter*, de tempore fere dicitur. μεταξὺ τῶν ἐλπίδων §. 17. *inter ſperandum*. Cum Participio Adverbiali modo iungitur, μεταξὺ λέγοντος §. 6. *inter loquendum*; ubi quidem bene caveas, ne Genitivum Participii a μεταξὺ pendere natura ſua exiſtimes; nam eſt Genitivus abſolutus. Μεταξὺ λέγων praeter vulgarem ſignificationem: *inter ſermocinandum*, hanc quoque habet exquiſitiorem, ut ſit idem, quod Gallorum: à propos, et dicatur, ubi quis alterum, quicum colloquitur, abiturum retinere vult cupidus disſerendi diutius, plenusque vel dicendi materiae, vel curioſitatis audiendi. Sic §. 24. a Mercurio, qui iam §. 21. deſcenſurus erat, Charon etiamnum de hoc illove, quod videat in terris, percontari cupiens, cupide his verbis retinet: ἀλλὰ μεταξὺ λέγων, τίνες εἰσὶν οἱ etc. Plane eodem ſenſu Menippus hac locutione utitur Diall. mortt. X, 12. Non optime verterunt interpretes Latini, §. 24. Iacobus quidem Micyllus: *Sed interim dum fabulamur*, et Bipontinus: *Sed*, *quod ſine*

sermonis instituti fraude fiat, quod utrumque vitio laborat suo, alterum falsitate sensus, alterum vero abundantia verborum. Graecae phrasi apprime respondet Latina: Sed *quid ais?* Conferre unum locum licebit ex Plaut. Trinumm. I, 2, 156 et 159., ubi Megaronides senex iterum iterumque hac forma utitur, ut Calliclem discessurum cohibeat, ad quaestiones suas respondentem. De hoc idiotismo Graeco nonnulla disputat Hoogeveen. ad Viger. p. 418.

Μεταπέμπεσθαι, *arcessere* §. 12.

Μετατιθέναι, *transponere*, *transferre* §. 5.

Μετέωρος, *sublimis*, *pendulus* §. 16.

Μῆδοι, *Medi*, natio Persis contermina, ante Cyrum in Asia principatum tenuerant §. 9.

Μηχανὴ, *machina*, *opus artificiose confectum* §. 5.

Μικρὸν ὕστερον §. 11 et 13. h. e. plene κατὰ μικρὸν χρόνον ὕστερον, *paullo post*; i. qd. μετὰ μικρὸν §. 16. int. χρόνον. L. Bos. de ellips. p. 317. ed. Hal.

Μίλων, *Milo*, Crotoniates, athleta, ingenti et nervorum robore, et stomachi capacitate, excellens §. 8.

Μιμνήσκειν, *in memoriam revocare*. Unde Perfect. Pass. μέμνημαί τινος (a forma μνάω) *in memoriam mihi aliquid revocatum est*, s. *redit*, h. e. *memini*, *recordor*, alicuius rei §. 8 et 13. cum ὅτι §. 1. cum Infinit. §. 7. ubi μέμνησο, uti passim Latinorum *memento*, nihil est, nisi: *finge*, *cogita*, *tibi*; neque enim ibi praeteriti quidquam est, cuius memoriam Charon sibi revocare iubeatur. Cum Particip. denique §. 23.

Μῖσος, odium, invidia §. 15. 18. **Μισεῖσθαι** invisum esse §. 21.

Μνημονεύειν τινος, proprie i. qd. μεμνῆσθαι. Sed de memoria praeteritorum nonnumquam nulla est in hoc verbo cogitatio, ut adeo de futuris rebus occurrat, et sit *rationem habere alicuius rei*, *animo proponere aliquid* §. 8. quamquam ibi negari nequit, Milonem de mortis necessitate non potuisse, quin aliqua antea audierit didiceritque, quorum quidem auditorum cognitorumque iam recordari debuisset.

Μόγις, *vix* §. 5. 16. 24. De discrimine formarum μόγις et

μόλις cff. Solan. et Hemsterhus. ad Indic. Voc. §. 4. Fischer. Animadv. ad Weller. T. I; p. 177 sq. et, qui laudantur in Lexic. Xenoph. Thiemio-Sturz. s. v. μόγις.

Μοῖραι, *Parcae:* filum unicuique mortalium ducunt §. 16.

Μόλυβδος, *plumbum* §. 11. De scriptura huius vocis vid. ibi adnotata.

Μυκῆναι, *Mycenae*, urbs Argolidis, Agamemnonis regia. §. 23.

Μυρία, σφαλεὶς §. 13. h. e. κατὰ μυρία, *mille*, s. *sexcentis modis, infeliciter re gesta.* Eurip. Med. 952. εὐδαιμονήσει δ' οὐχ ἕν, ἀλλὰ μυρία, beata erit non uno, sed mille modis.

Μῦρον, *unguentum*, §. 22. quomodo differat ab ἐλαίῳ, apparet e Xenoph. Sympos. II, 3. cf. 4.

N.

Ναυτιᾶν, *nauseare* §. 7.

Νεκραγωγεῖν, *mortuos ducere* §. 2. de Charone, umbras traiiciente.

Νεκροδοχεῖον, *receptaculum mortuorum* §. 22.

Νεκροστολεῖν τινι §. 24. *mortuos alicui adducere*, de Mercurio, umbras Charoni adducente.

Νέκυς, i. qd. νεκρὸς, *mortuus* §. 22.

Νεωλκεῖν, *navem subducere* §. 23. cf. Dial. Mort. XX, 2.

Νήθειν, νάσσειν, νηεῖν, νήειν, νεῖν, formae sunt eiusdem generis, eiusdemque ferme significationis. In definienda vero harum formarum ratione et usu adeo inconstantes et incerti sunt Grammatici, ut non inutile fore videatur, hac oblata occasione, quantum in me est, et locus concedit, paullo copiosius, et nescio, an forte etiam accuratius hanc difficilem rem exponere, non praeteritis malo silentio iis, ubi forte mihi non satis constiterit. Nimirum principale verbum, quod exprimeret notionem *cumulandi, coacervandi*, fuit νηέω, Ionicae dialecti. Hinc Imperf. νήεον Iliad. XXIII, 139 et 163. Apollon. Rhod. I, 403. Aor. I. act. νήησε Ibid. III, 1208. νηήσας Ibid. III, 1034. νηήσαντο Ibid. I, 364. Unde propter di-

versam Graecorum pronunciationem ortae sunt formae νέω et νίω. Alterius vestigium adhuc est in Herodot. Melpom. 62. ἐπινέουσιν, superstruunt. Etymol. M. νῶ· σωρεύω. Iam vero huius Praesentis νέω forma Futuri varia exstitit pro varia eius significatione. Νέω, Fut. νεύσω (tanquam a νεύω) omnibus in locis est *nare, natare.* Ubi vero νέω Futurum habet νήσω, denotat vel *nere, filum ducere* (Hesiod. Oper. v. 775.) vel, idque haud raro, i. qd. νηεῖν. Exempla satis multa habet Fischer. ad Weller. III, a. p. 138. Cf. Lexic. Xenoph. Thiemio-Sturz. s. v. νεῖν. Propius ad Lucianum accedo. Ex νέω facta est Attica forma νήθω; quemadmodum πλήθω, impleo, ex πλέω. Haec forma est illa, qua Lucianus ideo forsan, quia prosae Atticae magis conveniret, imprimis usus est, id, quod elucet e Mort. Peregr. 35. ubi forma occurrit νενησμένη, a νήθω necessario derivanda. Ceterum et haec νήθω utrumque significat, et *nere* et *cumulare;* altera autem vis Luciano usitatior. Vid. nostrum locum §. 22. ubi πυρὰν νήσαντες est: *rogo exstructo.* Cf. Mort. Peregr. I, 25. et 35. quibus in locis singulis de una eademque re sermo est. Hesych. νήθων ὕλην· σωρεύων ὕλην. Theocriti νένασται Idyll. IX, 9. non a Dorica forma νάω, i. e. νέω proficiscitur, uti Scholiast. vult, qui derivat ἀπὸ τοῦ νάω, ἢ νῶ, τὸ σωρεύω. Nam tum formandum fuisset νένωται. Multo minus cum Porto derivandum est a νέω, quoniam sic scriptum esset νένηται. Sed recta venit νένασται, per Doricam dialectum a νένασμαι, νένησμαι, νάθω, νήθω. Denique miror, qui factum sit, ut Buttmannus in recentissima Grammaticae Graecae editione, ubi de verbis Anomalis exponit, verbum νέω plane omiserit, quamtumvis ipse in eodem libro aliquoties ad istum locum delegat lectores harum literarum studiosos. Vid. modo §. 86, 8 et 15.

Νῆμα, (a νήθω) *filum* §. 16.

Νικᾶν, cum Accusativo construitur eius pugnandi generis, in quo quis victoriam reportat, intellecta Praepos. κατά. 'Ο ἀθλητὴς, ὁ 'Ολύμπια νενικηκὼς §. 17. *qui in Olympiis* (ludis) *vicit.* Tim. 53. μάτην ἂν εἴην καὶ νενικηκὼς πανκρά-

κεῖν. Memorab. II, 2, 26. πάντας τοὺς ἀγῶνας νικᾷν. Latini quoque, imitantes Graecitatem, ſic loquebantur. Ennius ap. Cic. Cat. Mai. V, 3. „Vicit Olympia.“ Iuſtin. XL, 1, 8. „longinqua viciſſe bella.“ Horat. Epiſt. I, 1, 50. eodem modo: „Magna coronari — Olympia“ pro: in magnis coronari Olympiis.

Νῖνος, *Ninus*, ſ. *Ninive*, caput Aſſyriae §. 23.

Ξ.

Ξεναγεῖν, *ducere hoſpitem*, ſcil. circa ea, quae viſu ſunt digna §. 1. Cf. Dial. Mort. XVIII, 1. Ξεναγοί, qui fuerint, vid. Scholiaſt. ad Dial. Mortt. XXVII, 7.

Ξένος, *peregrinus*, *hoſpes* §. 2. 10. Quia vero, quae aliunde in civitatem, patriamque terram, veniunt, res hominesve rariores eſſe, minusque frequenter offendi ſolent, quam domeſtica quaevis: ξένον non temere dici poteſt, quidquid *inſolitum, inuſitatum, inauditum, novum, eſt*. Homo itaque pauper ſimul et liberaliter cum magno rege colloquens, Croeſo utique videri potuit πρᾶγμα ξένον §. 13. i. e. *res nova*. Eadem ratione pro Lapſ. i. Salut. §. 16. οὐδὲν ξένον, εἰ etc. eſt: *non mirum eſt, quod* etc.

Ξηρὸς, *aridus*, *ſiccus* §. 22.

Ξίφος, *gladius* §. 17.

Ξυλλαμβάνειν, *comprehendere* §. 8.

Ξυμβαίνει, *accidit, contingit.* ἀφ' οὗ ἠρτῆσθαι ξυμβέβηκεν ἅπαντας, §. 16. de quo pendere contigit cunctis.

Ξυμπερινοστεῖν, *cum aliquo obambulare, circumvagari* §. 1.

Ξύμπλους, *ſocius navigationis* §. 1.

Ξυμπολιτεύεσθαι, *in eadem cum aliquo civitate verſari, civem alicuius eſſe* §. 15.

Ξυναγείρειν, *colligere* §. 17. ἀφ' ὧν ξυναγείρεται ὁ ἀφρὸς §. 19. unde ſpuma cogitur.

Ξυναναμίγνυσθαι, *commiſceri*, atque adeo *conſuetudine alicuius uti* §. 15.

Ξυνδιάκτορες. Διάκτορον Hemſterhuſius ad §. 1. docuit fuiſſe Epitheton Mercurii, duplici ratione ſpectatum. Primum

significasse *nuncium mandata perferentem* ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς ἀγγελίας. At vero dubitari potest, quin διάγειν sic usquam in veteribus bene Graece scribentibus occurrat, ut de *perferendis mandatis* dictum videatur. Scholiastarum vero, et Etymologicorum auctoritas non valet, ubi rectior certiorque via inveniri potest. Recte enim altera Hemsterhusii ratio habet, prolata illa iam antea a Clerico ad h. l., qua scilicet διάκτορος est *transvector animarum*, i. qd. ψυχοπομπός. De hac enim verbi διάγειν vi, ut sit: *traiicere, transvehere* adeo constat, ut vix opus sit exemplis eam illustrare. Homeri loca, in quibus διάκτορος dicitur Mercurius, laudavit *Solanus*. Hesiodi locum eiusdem generis addidit Hemsterhusius, praeclare ab ipso emendatum. Iam quum Charon nostro loco Mercurium ξυνδιάκτορον suum appellat, hoc patet non posse aliter intelligi, quam quatenus traiiciendis umbris Mercurius prope eandem, ac Charon, operam navare soleat. Est igitur ξυνδιάκτορος, ὁ ξὺν τῷ Χάρωνι διάγων τοὺς νεκροὺς, *collega in transvehendis mortuis*. Ceterum legebatur alias ξυνδιάτορος, quod feliciſſime Gronovius mutavit in ξυνδιάκτορος.

Ξυνεῖναι τινι, *versari, consuescere, cum aliquo* §. 2. 18.

Ξυνιέναι, *intelligere, sentire* §. 8.

Ξυνιστάναι, *constituere, creare*. Aor. 2. ξυστῆναι *constitui, creari, oriri*. De bullis §. 19. *coalescere*.

Ξυντρίβειν, *conterere, contundere*. ξυντριβέντες τὰς κρανίας §. 5. *contritis calvariis*. Vid. adnot.

O.

Ὀβελὸς, *obolus*, numus aeneus, drachmae Atticae sexta pars, valens ergo pro asse Romano, et quod excurrit; *ein Sechser*. Numus fuit Charoni solvi solitus, portorii loco §. 2. 11. 20.

Ὄγκος, *tumor* §. 19. Vid. Casaub. ad Athen. III, 5.

Ὀδυσσεὺς, *Ulysses*, rex Ithacae, sociorum aures cera obstruit §. 21.

Ὀθόνη, *velum, carbasus* §. 3.

Ὀθρυάδης, *Othryades*, dux Lacedaemoniorum §. 24. Vid. ibi notam.

Οἰκοδομεῖν, *aedificare*, *exstruere* §. 3. 17.

Οἰκοδομητική, int. τέχνη, *architectonice* §. 5.

Οἴμοι, *hei mihi!* vox dolentis §. 17. Unde

Οἰμώζειν, h. e. οἴμοι κράζειν, *lamentari*, *eiulare* §. 1. 8.

Οἰνοχοεῖν, *vinum infundere*, atque adeo *ministrare*, *pincernae munere fungi* §. 1.

Οἷόν τε, int. ἐστὶ seq. Infinitivo, *potest*, vel: *fieri potest*. οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως γενέσθαι §. 19. *aliter enim fieri non potest*. ὡς οἷόν τε. §. 22. quantum fieri potest. Vid. omnino B. Fischer. Animadv. ad Weller. III, b. p. 16.

Οἴτη, *Oeta*, mons Thessaliae, prope Trachina oppidum ad sinum Maliacum §. 5 et 6.

Οἴχεσθαι, de iis, qui e vita *decedunt* §. 17. 20.

Ὀλίγου δεῖν. Vid. δεῖν. Μετ' ὀλίγον, *haud multo post*, *paullo post* §. 8. 13. 24. πρὸς ὀλίγον, *tantisper*, *ein Weilchen*, *auf kurze Zeit* §. 4.

Ὀλιγοχρόνιος, *parum temporis durans*, *momentaneus* §. 19.

Ὀλισθηρός, *lubricus*. τὸ ὀλισθηρὸν §. 5. locus lubricus, s. lubricum.

Ὅλον, τὸ, absolute, int. κατὰ, *omnino* §. 2.

Ὀλύμπια, int. ἀγωνίσματα, *Olympia*, i. e. ludi Olympici §. 17.

Ὄλυμπος, *Olympus*, mons in finibus Thessaliae et Macedoniae §. 3.

Ὅμηρος, *Homerus* poeta §. 3. coelum reddit adscensu facile §. 4. architectus audax §. 5. eius versus incantandi vim habent §. 7. genus humanum cum foliis comparat §. 19. Homerica deridentur §. 23.

Ὁμοιοῦν τινι, *comparare* cum §. 19.

Ὁμολογεῖν, *confiteri*, *concedere* §. 12.

Ὁμῶς, *aeque*, *pariter* §. 22.

Ὄναρ, *somnium* §. 17.

Ὄνασθαι τινος, i. q. ὠφελεῖσθαι Pass. (§. 20.) *fructum percipere ex aliqua re*, *von etwas profitiren* §. 24. Activum ὀνῆσαι τινα est *prodesse*, *iuvare* aliquem.

Ὀνειδιστικός, *probrose dictus*, *cum opprobrio coniunctus* §. 7

Ὀξυδερκὴς, *acutum cernens* (Horat. Sat. I, 3, 26.) *perspicax* §. 7. Cf. §. 21. ὀξὺ δεδορκότες.

Ὀξυθυμὸς, *ad iram proclivis, iracundus* §. 1.

Ὀξύς. Vid. v. δέρκειν.

Ὀπίσω, *retro* §. 12.

Ὁποῖος, *qualis*, in obliqua interrogatione usurpatur §. 1.

Ὁπόσος, *quicunque* §. 3.

Ὁπόταν, cum Coniunctivo, *quando* §. 8. et *quandocunque, quoties* §. 3.

Ὅπου, in ratiocinando nonnumquam legitur: *cum, quandoquidem* §. 18. Vid. Zeun. ad Viger. p. 431. a.

Ὅπως, *quam* §. 17.

Ὁρᾶν cum μὴ, *cavere sibi, videre, ne* §. 5.

Ὀργαὶ, *irae*, affectus vehementiores §. 15. 18.

Ὀρέγειν, *porrigere* §. 5. Timaeus Lexic. Plat. ὀρέξαι· ἐκτεῖναι, προτεῖναι e lectione Ruhnkenii.

Ὀροθύνειν, *concitare, conturbare* §. 7.

Ὀροίτης, *Oroetes, satrapes*, cruci affigit Polycratem, Samiorum tyrannum §. 14.

Ὅρος, *finis, terminus* §. 17. 22.

Ὄροφος, *tectum* §. 17.

Ὄρυγμα, *fossa; fovea* §. 22.

Ὀρύττειν, *effodere* §. 22.

Ὁσημέραι, *quotidie* §. 22.

Ὄσσα, *Ossa*, mons Thessaliae, medius inter Olympum et Pelion. §. 3. 4.

Ὅτε τὸ πρῶτον, *quum primum* §. 6. Ὅτε περ §. 7. Vid. ibi notas.

Ὅτι τὶ, semper in absoluta interrogatione usurpatur, non addito alio verbo. Est autem Ellipsis, ad quam supplendam repeti debent praecedentia. E. c. §. 6. Charon dixerat: μάτην τὸν Παρνασσὸν — μετεκινήσαμεν. Quaerit tum Mercurius: Ὅτι τί; h. e. τί ἐστιν, ὅτι μάτην τὰ ὄρη μετεκινήσαμεν; Brevibus: *quid ita? qui dum? wie so?* Catapl. 13. Megapenthes dicit: καὶ μὴν ἐν τῇ προεδρίᾳ καθέζεσθαί με δεῖ. Respondet Clotho interrogans: ὅτι τί; scil. τί ἐστιν, ὅτι ἐν τῇ προεδρίᾳ καθέζεσθαι σε δεῖ; Cf. Hermann. ad Viger. p. 804.

Ὀττοτοῖ, *vociferatio* tragica: heu, heu! §. 17.

Οὐδαμῇ οὐδαμῶς, *nullo prorsus modo* §. 21.
Οὐδέπω, *nondum* §. 10.
Ὄφρα, *ut*, cum Coniunctivo Praesentis §. 7.
Ὄχλος, *turba, multitudo* §. 15.

Π.

Παγγέλοιος, *perridiculus* §. 16. 22.
Πάθος, *affectus animi* §. 18.
Πάλαι, *olim, quondam* §. 9. 23.
Παμμεγέθης, *permagnus*. Παμμέγεθες ἀναβοᾷν §. 20. *maximum exclamare* (Plaut. Most. II, 2, 57.) Necyom. 9. ἀνακράζειν παμμέγεθες.
Πανευδαίμων, *felicissimus, omni ex parte felix* §. 14.
Παντάπασι, *omnino, prorsus* §. 2.
Πάντως, *omnino, plane* §. 19.
Πάνυ. Οὐ πάνυ, cave, ne existimes, esse, *plane non*, f. *omnino non*, uti nonnullis visum est. Sed est: *non admodum, non ferme, nicht eben, nicht sonderlich, nicht ganz, nicht sehr*. Claris locis illustrabo ea, quae dubitationem habeant. κἀκεῖθεν ἡ Κρήτη οὐ πάνυ σαφῶς §. 5. et illinc Creta (conspicitur) non admodum clare, *nicht ganz deutlich*. Ἤρξατο ᾄδειν οὐ πάνυ αἰσίαν τινὶ ᾠδὴν §. 7. canere coepit non admodum faustum carmen. Οὐ πάνυ σπουδάζεται ἀπ' αὐτῶν §. 11. non ferme, *nicht sonderlich*. Unde patet, quid sit οὐ πάνυ τι §. 12. Solon interrogaverat: num ferrum in Lydia nasceretur? Responsum Croesi est: οὐ πάνυ τι, h. e. non valde multum. Significat scilicet Lydus non quidem nihil ferri in sua ditione nasci, sed hoc *non* esse *admodum multum, nicht eben viel*. Neque enim ἐνδεῆ εἶναί τινος in verbis Solonis sequentibus denotant: carere omnino aliqua re, sed inopem esse alicuius. Sic patet etiam, qui sensus sit §. 1. verborum: τὸ πάνυ εἰωθὸς ἐπιχωριάζειν τοῖς ἄνω πράγμασιν. Lubenter enim largior, fieri posse, ut Charon ante hanc peregrinationem plane *numquam* superos viserit; et hoc quidem ego neque lubenter largior, atque mihi concedetur a peritissimo quoque, Charonem neque vere exstitisse

umquam, neque hoc ipſum, quod Lucianus deſcribit, iter ſuſcepiſſe. Verum inde non ſequitur, οὐ πάνυ, illud, a Mercurio dictum, ſignificare: *plane non*, *ganz und gar nicht*, quemadmodum Mauhem. verſio reddidit. Immo dictum hoc eſt iocoſi collegae, qui mirans, quod Orci miniſtro in terris occurrat, cum urbana quadam ironia eum dicit non ſaepiſſime, *nicht eben oft*, antea ad lucem ventitaſſe, ſimul id, quod facile intelligitur, innuens, eum antea *omnino numquam* eo evaſiſſe. Vide, anne haecce dicta: Tu hoſtium copias omnino non noſti, et: Tu hoſtium copias non omnino noſti, inter ſe differant? Differunt maxime, quamquam unus idemque ſenſus iis ſubeſſe poteſt.

Παπαὶ, vox mirantis cum indignatione: *papae* vel abſolute §. 5. vel cum Genitivo eius rei, de qua indignabundi miramur §. 23.

Παραπολὺ, cum Comparativo: *multo*, *longe* §. 20. Vid. Viger. p. 646. παρὰ cum Dativo nonnumquam: *penes* §. 10. Vid. ibi notas.

Παραδέχεσθαι, *excipere*, *recipere*. Παραδεδεγμένος, pro Medio §. 21.

Παραδιδόναι τῷ ζόφῳ §. 1. *tradere* in caliginem.

Παράδοξος, *incredibilis*, *mirabilis* §. 20.

Παραινεῖν τινι, *admonere*, *adhortari* §. 20.

Παρακελεύεσθαι τινι, *cohortari*, *ſuadere* §. 3.

Παρασκευάζεσθαι, *ſibi parare*, *comparare* §. 12.

Παρεῖναι, *adeſſe*. παρὼν, *praeſens* §. 1. τὰ παρόντα, *praeſens rerum ſtatus* §. 17.

Παρέχειν γέλωτα, *riſum excitare* §. 1 et 8.

Παριστάναι, *adſiſtere*. Praet. παρεστηκέναι, *adſtare*, *adeſſe* §. 14. Med. παρίστασθαι, *ſibi ſubiicere*, *expugnare* §. 9. Vid. Lexic. Xenoph. Thiemio-Sturz. ſ. v. παρίστασθαι n. 8. Τὸ παριστάμενον λέγειν §. 13. *ſenſa mentis dicere*, *dicere eas*, *quae ſubito et ex praeſenti rerum ſtatu in mentem veniunt*, *cogitationes*, *non circumſpecte praemeditatum*. Accurate de hac re expoſuit Hemſterh. ad h. l. Cf. etiam Dorvill. ad Char. p. 437 ſq. et Viger. p. 276 et 743. Hermann.

Παρνασσὸς, *Parnassus*, mons Phocidis, prope Delphos, Apollini, et Musis, sacer. §. 3. 5 et 6.

Παῤῥησία τῶν λόγων §. 13. *libertas, fiducia dicendi.*

Παρῳδεῖν τινα, *verbis alicuius uti ad suam sententiam exprimendam; imitari aliquem verbis* §. 14. Cf. de Merc. cond. 10.

Πάσχειν, *experiri*. πάσχω, *accidit mihi* §. 15 et 22. *affectum esse*. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις §. 2. *quo enim quis alio sensu affectus sit; quo alio sis animo*, h. e. brevius: *quid enim facias*, ubi amicus te cogat?

Πατεῖν cum κατὰ et Genit., *calcare aliquid*, pedem *ponere* in. §. 5. *auf etwas treten.*

Παύεσθαι, absolute, *finem habere, deficere* §. 19. cum Participio: *finem facere, desinere* §. 20.

Παχὺς, *crassus, pinguis* §. 8.

Πεδᾶν, *compedibus, vinculis, adstringere, ligare* §. 17.

Πείθειν τινὰ, vel *facere*, ut *quis credat aliquid*, h. e. persuadere; *überzeugen*; Tim. §. 10. vel *facere*, ut *quis faciat aliquid*, h. e. *movere, persuadere ad aliquid; überreden.* Somn. §. 8. Med. πείθεσθαι igitur vel *credere*, Hermot. 24. vel *obsequium praestare, obedire*, Contempl. §. 3.

Πειρᾶσθαι τινος, *periculum facere*. Aor. 1. Pass. pro Med. §. 5.

Πελοπόννησος, *Peloponnesus*, peninsula illa, hodie Morea dicta §. 24.

Πένθος, *luctus* §. 18. moeror de morte amicorum.

Πέρα τοῦ πιθανοῦ §. 5. *ultra verisimilitudinem.* Deor. Dial. πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος XVIII, 2. ultra quam honestum est. Vid. Findeis. Ind. Platon. Gorg.

Περίβολος, *id, quo septa est urbs, moenia.* Ἡ τὸν μέγαν περίβολον §. 23. int. ἔχουσα, quae, uti vides, moenibus magni ambitus circumdata est.

Περιηγεῖσθαι, ad modum Ciceronum Italorum *circumducere peregrinum* per loca ei incognita, et *monstrare ei* et *exponere, de iis, quae memorabilia sint*. Altera potissimum notio *demonstrandi* verbo inesse solet, ut §. 1. Construitur enim sic: περιηγεῖσθαί τινί τι. Vid. Deor. Dial. XX, 1. ubi Menippus prope iisdem, quibus hic Charon, verbis

utitur: πρὸς τοῦ Πλούτωνος, ὦ Αἰακὲ, περιήγησαί μοι τὰ ἐν ᾅδου ἅπαντα, h. e. mecum veniens monstra mihi, quae in Orco sunt, cuncta. Vid. ibi Hemsterh. observatt.

Περιήγησις, officium, vel beneficium, quod eo praestatur, quod ducis aliquem per regiones illi incognitas, et demonstras ei, enarrasque, quae in his sint memorabilia §. 2 et 22.

Περιμάχητος, aliquanto maiorem vim habet, quam περισπούδαστος Tim. 38. Est autem περιμάχητον, *quod tanto studio expetitur, ut de eo contendat alter cum altero.* De auro dicitur §. 11. Vid. ad h. l. Hemsterh. Bene etiam mortuus in Timon. c. 21. Pluto dicitur περιμάχητος ταῖς γαλαῖς, de cuius possessione mustelae inter se pugnant.

Περιόπτεσθαι, *negligere, non curare* §. 1.

Περιπέτεσθαι, *circumvolare* §. 15. 22.

Περιπνευμονία, *pulmonum morbus* §. 17.

Περιῤῥεῖν, *circumfluere* §. 6.

Περιτρέπειν, *evertere* §. 7.

Περιττὸς, *supervacaneus, superfluus* §. 21.

Περιωπὴ, locus, unde facile circumspicere, quae circumiacent, facile lustrare possis; *specula.* §. 2. Sic dicitur coelum, ex quo, quae in terra sunt, spectari possint. Piscat. 21. arx Athenarum περιωπὴ vocatur.

Πέρσης, *Persa.* Persae principatu Asiae potiti sunt §. 9. Plural. Πέρσαι, *Persis,* populus pro terra; §. 12. id quod exemplis illustrare non opus est.

Πέτεσθαι, *volare* §. 15.

Πηλιὸν, *Pelion*, mons Thessaliae, in Magnesia, finitimus Ossae §. 3. 4.

Πιθανὸς, *probabile, credibile, verisimile* §. 5.

Πικρὸς, *amarus, acerbus* §. 5.

Πλάγιος, *obliquus* §. 3. Vid. ibi notam. Mort. Dial. XI, 2.

Πλανᾶσθαι, *errare incertis viis, vagari* §. 1.

Πληγαὶ, *plagae, verbera* §. 2.

Πλῆθος, *multitudo* §. 15.

Πλὴν, *praeterea, ceterum* §. 22. *sed, verum* §. 21. πλὴν πάνυ ὀλίγοι εἰσὶν, verum paucissimi sunt. πλὴν ἀλλὰ, *verum tamen*, attamen §. 11. 21. 23.

Πλήρης τινὸς, *plenus, repletus* §. 13.

Πλησίον, *prope.* 'Ο πλησίον §. 15. *proximus.*

Πλίνθος, *later.* Πλίνθοι χρυσαῖ §. 11 et 12. *lateres aurei,* qui a Croeſo miſſi ſunt Apollini Pythio, fuerunt tabulae aureae, planae atque quadratae, quarum pondus et menſuram et numerum exhibet Herodot. I, 50. Ab eodem appellantur ἡμιπλίνθια. Cf. Anacharſ. Itinerar. II, p. 323. verſ. Bieſt. Ceterum Alexand. §. 8. incidas in easdem πλίνθους χρυσᾶς, quippe deponi in templis ſolitas.

Πλοῦς, *navigatio, iter maritimum* §. 1 et 11.

Πλούτων, Pluto, rex inferorum §. 2.

Πνεῦμα, *ventus* §. 3 et 19.

Ποδιαῖος, *pedalis, ſpatium unius pedis habens* §. 24.

Ποθεῖν, cum Infinit. *deſiderare* §. 22.

Ποιητικός, *artis poeticae peritus,* vel *in poetarum carminibus verſatus* §. 4.

Ποιητικῶς poetice, ſecundum poetarum praecepta §. 4. Cf. Sacrif. §. 8.

Ποικίλος, *varius* §. 15.

Πολεμεῖν, *bellare* §. 15 et 24.

Πόλος *polus coeli,* vel potius *coelum ipſum* §. 4.

Πολυκράτης, *Polycrates,* Samiorum tyrannus, in crucem agitur ab Oroete, ſatrapa §. 14.

Πολύς. Οἱ πολλοὶ, *plebs, vulgus* §. 21. τὰ πολλὰ *plerumque, ut plurimum* §. 16 παρὰ πολὺ cum Comparativo *multo, longe* §. 20 'Επὶ πολὺ *diu.* Comparativ. ἐπὶ πλέον, *diutius* §. 19. 'Ως πολὺν τὸν "Ομηρον ἐπαντλεῖς §. 23. dictum eſt pro: ὡς πολύς ἐστιν ὁ "Ομηρος, ὃν ἐπαντλεῖς quam *multus,* ſ. *largus* eſt Homerus, quem infundis! *quam largum infundis Homerum!* i. e. quam multa ex Homero infundis. (immiſces, ſermoni).

Πολυτέλεια, *magnificentia* §. 10.

Πολυτελής, *magnificus, ſplendidus, ſumtuoſus* §. 22. de conviviis, *lautus.*

Πομφόλυξ, *bulla* §. 19. Vid. ad h. l. Hemſterhuſ.

Πονηρὸν, *quod ingratum, moleſtum, aerumnoſum* eſt §. 18.

Πόντος, *mare* §. 7.

Πορθμεῖον, *cymba, navicula* §. 1. 10 et 24.

Πορθμεὺς, *portitor;* saepius legitur in nostro libro.

Πορφυρὶς, *vestis purpurea* §. 14.

Πορφυροῦς, *purpureus* §. 14.

Ποσειδῶν, *Neptunus*, maris Deus §. 7.

Πόσος, *quantus.* Πόσῳ cum Comparat. *quanto* §. 8.

Ποὺς, *pes*, i. e. *funis nauticus* §. 3. Vid. Heyn. ad Virg. Aen. V, 830. (Vid. adnott. ad §. 3.)

Πράττειν, *efficere.* Οὐδὲν ἡμῖν πεπράκται §. 6. *nihil nobis effectum est; frustra laboravimus.* Xenoph. Hist. Gr. I, 1, 3. οἱ Ἀθηναῖοι ἀπέπλευσαν οὐδὲν πράξαντες, *infectare.* Εὖ πράττειν §. 17. *fortuna secunda uti, felicem vivere.* Hesych. εὖ πράττειν· εὐτυχεῖν.

Πρεσβύτης, *senex* §. 1.

Πρὶν, et Adverb. *prius, antea* §. 7. et Coniunctio: *priusquam, antequam* sequ. Infinit. §. 17.

Προδιδάσκειν §. 7. e vulg. lect, *prius docere.*

Προδιδόναι, *prodare* §. 14.

Προσαιτεῖν, *mendicare* §. 15.

Πρόσβασις, *adscensus, via patens, qua locus editus adscendi facile possit* §. 3.

Προσβλέπειν, *adspicere* §. 13.

Προσδιδάσκειν §. 7. si lectio Schmiedori vera est, *insuper docere.*

Προσδοκᾷν *exspectare* §. 17.

Προσεῖναι, *inesse* §. 11. 18. πλείω τῶν ἡδέων τὰ ἀνιαρὰ εὑρήσει προσόντα αὐτοῖς h. e. plura iucundis iniucunda inveniet comitari eos, iuncta cum iis esse.

Πρόσκωπος, *qui manum admovet remo, remex.* Sic ipse dicitur Charon §. 7. Sed §. 1. nauta noster: Nunquam, ait, te, o Mercuri, vel aquam exhaurire iussi, vel πρόσκωπον εἶναι, h. e. συλλαμβάνεσθαι τῆς κώπης, uti Menippus dicit Dial. Mort. XXII, 2. Ceterum observavi in Luciani scriptis, Cynicos, qui naulum fere Charoni persolvere nequeant, huic inopiae suae eo plerumque succurrere solere, quod ἀντλοῦσί τε, καὶ πρόσκωποί εἰσιν. Sic Menippus l. c. οὐ πρὸῖκα, ὦ βέλτιστε (Χάρων) int. πέπλευκα καὶ γὰρ ἤντλησα, καὶ τῆς κώπης συνελαβόμην. Et in Catapl. §. 19. alius Cynicus, priusquam cymbulam conscendat, Charoni annunciat, se

obolum, quem nauli loco ei det, non habere, et addit: τἆλλα δὲ, ἢν ἀντλεῖν ἐθέλῃς, ἕτοιμος καὶ πρόσκωπος εἶναι.

Προσπολεμεῖν τινι, *oppugnare, bello aggredi* s. *persequi* §. 12. cf. Piscat. 17.

Προστάττειν, *imperare, iubere* §. 3.

Προσχωρεῖν, *accedere* §. 19.

Πρώην, *nuper* §. 1. 10 et 13.

Πρῶτος. Τὰ πρῶτα, *princeps locus, principatus* §. 10. Conviv. 9.

Πτῶμα (a πτόω s. πίπτω) *casus* §. 16.

Πύθιος, *Pythius*, proprie Adiectivum est, significans idem, quod *Delphicus*. Nam Delphi urbs dicta olim non raro est Πυθὼ vel Πυθὼν Iliad. II, 519. Apollon. Rhod. I, 308. IV, 1704. etc. Unde Πύθιος int. ὁ θεὸς fuit *Apollo* §. 11. 12. quatenus videlicet in hac urbe colebatur, et templum ibi habeat, atque oraculum. Quemadmodum *Delius* idem, et *Clarius*, a *Delo* et *Claro* locis ipsi sacris.

Πυρὰ, *pyra, rogus* §. 13 et 22.

Πυραμὶς, *pyramis*, turris ab imo latissima, in altitudinem autem summam ita erecta, ut coni figuram fingeret. De origine vocis non consentiunt Archaeologi. Vid. Lexic. Xenoph. Thiemio-Sturz. s. h. v. Minus dubitatus est usus eorum. Quemadmodum enim in nostro libello §. 22. pyramides ad νεκροδοχεῖα et σωματοφυλάκια referuntur: ita idem aliunde quoque constat. Perlegas modo Herodoti Musam secundam.

Πυρετὸς, *febris* §. 17.

Πυριφλεγέθων, *Pyriphlegethon* §. 6. fluvius infernus, etiam simpliciter *Phlegethon* dictus.

Πῶς, *qua ratione, in welcher Hinsicht* §. 12. πῶς ἀμείνων ὁ σίδηρος τοῦ χρυσίου;

Ρ.

Ῥαψῳδεῖν, *carmina decantare* §. 7.

Ῥαψῳδία, *rhapsodia*, pars carminis, in primis Homerici §. 7.

Ῥέγκειν, *stertere* §. 1.

Ῥίπτειν, *deiicere* §. 1.

Ῥοιτεῖον, *Rhoeteum*, promontorium Troianum, e regione Sigei situm. Ibi conditus Aiax §. 23.

Σ.

Σάμιοι, *Samii*, incolae Sami, insulae in mari Icario §. 14.

Σαρδανάπαλος, *Sardanapalus*, rex Assyriorum ultimus, mollitie vitae celeber factus §. 23. Vid. de eo Bouhierii disputatio ad fin. notar. in Cic. Tusc. Disp.

Σάρδεις, *Sardes*, caput Lydiae, Croesi regia, triplici muro cincta §. 9.

Σατράπης, *satrapes*, praefectus provinciae, in primis Persicae §. 14.

Σαφῶς, *plane, perspicue, dilucide* §. 5 et 7.

Σειρὴν, *Siren*, monstrum marinum §. 21. Odyss. XII, 166 sq.

Σεμνός, *venerabilis* §. 9. Σεμνὸν dicitur, quodcunque colitur, et magni aestimatur §. 20. Cf. Mort. Dial. XII, 3. Piscat. 25.

Σίγειον, *Sigeum*, promontorium Troicum, ubi sepulcrum Achillis §. 23.

Σίδηρος, *ferrum*, praestantius auro §. 12.

Σιδηροῦς, *ferreus* §. 12.

Σικελία, *Sicilia*, insula maris mediterranei §. 5.

Σιωπῇ, *silentio, tacite* §. 3.

Σκαφίδιον, *cymbula* §. 8. 14 et 23.

Σκέπτεσθαι, *deliberare, perpendere* §. 2.

Σκοπὴ, *specula*, i. q. περιωπὴ §. 3.

Σκότος, *tenebrae* §. 1.

Σκυθὶς, *Scythis*, femina Scythica. Dicitur sic Tomyris, Massagetarum regina §. 13.

Σκύλλα, *Scylla*, rupes maritima, in freto Siculo, navigantibus maxime terribilis §. 7. Vid. Homer. Odyss. XII, 234 sq.

Σμῆνος, *alveare* §. 15.

Σόλων, *Solon*, auctor legum Atheniensium §. 9. 11. 13.

Σπουδάζειν περί τι, *studere, operam dare alicui rei* §. 20.

Σπουδάζεσθαι ὑπό τινος, *coli* ab aliquo, *gratum esse* alicui §. 11.

Σπουδή. αἱ Σπουδαὶ τῶν ἀνθρώπων §. 17. *studia hominum* omnia ea, in quibus homines vires suas consumunt agentes et laborantes. Σπουδῇ §. 17. *studiose, diligenter.*

Στάδιον, *stadium*, curriculum sexcentorum pedum §. 8.

Στέλλειν, *mittere* §. 24. ὀθόνην §. 3. *contrahere* velum.

Στερεῖσθαι τινος, *privari, orbari*, aliqua re §. 1. 18.

Στεφανοῦν, *coronare* §. 22.

Στήλη, *cippus* §. 22.

Στίχος, *versus* §. 4.

Στολή, *stola*, vestimentum longius, ad talos usque demissum §. 9.

Συγκάμνειν, *laboranti opem ferre* §. 3.

Συγκαταῤῥίπτειν, *una deiicere.* Συγκαταῤῥιφθέντες τῷ ἔργῳ §. 5. cum mole ipsa deiecti.

Συνάγειν, *cogere, colligere, congregare* §. 7.

Συνεκτρέχειν, τῷ πνεύματι §. 3. *cursum tenere secundum ventum, obsecundare vento.*

Σφάλλεσθαι, *titubare, vacillare* §. 1. *rem infeliciter gerere* §. 13. *spe excidere* §. 17.

Σφήξ, *vespa* §. 15.

Σχολή, *otium* §. 1.

Σωματοφυλάκιον, *corporum conditorium* §. 22.

Σωφρόνως, *sapienter* §. 17.

Σώφρων, *sapiens, prudens* §. 20.

T.

Τάζειν, τινος, *prehendere* aliquid §. 1.

Τάνταλος, *Tantalus*, Pelopis pater, ob impietatem dictorum factorumque damnatus in Orco ad perpetuam sitim atque esuriem perferendam. §. 15. Cf. Diall. Mortt. XVII.

Ταράττειν, *turbare* §. 7.

Ταραχή, *turbatio, confusio* §. 15. Ταραχαί, *turbae, seditiones* §. 18. Cf. Nigrin. 29.

Τάφος, *sepulchrum* §. 23.

Τάφρος, *alveus* §. 23.

Τέγος, *tectum* §. 6.

Τεῖχος, *murus* §. 9.

Τελευταῖος, *postremus, ultimus.* Τὸ τελευταῖον §. 13. *postremum, tandem.*

Τέλλος, *Tellus*, civis Atheniensis, pro patria mortuus §. 10.

Τελώνης, publicanus, portorii redemtor. Dicitur sic Aeacus sect. 2.

Τεράστιος, *portentosus, mirabilis* §. 4.

Τέρμα, *terminus, finis* §. 10.

Τιάρα, *tiara*, capitis gestamen apud orientales, *Turban.* Reges eam gestabant diademate indutam §. 14. Cf. Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 13. ibique Hutchinson.

Τίθεσθαι ὄνομά τινι, nomen alicui imponere §. 17. Cf. Eurip. Phoeniss. 640. et Iphig. in Taur. 499.

Τίκτειν, *parere* §. 17.

Τί, *cur, quid?* int. διὰ §. 1. 20. 22. τί οὐχὶ §. 3. *quidni?* Plena oratio est §. 4. διατὶ δ' οὐκ ἂν, *quidni vero?* Τίνας ἐκείνους ὁ Κροῖσος ἐκπέμπει §. 11. quinam illi sunt, quos Croesus etc.

Τίς, cum nomine, quod iunctum habet articulum, velut: ἀπίθανόν τινα τὴν μεγαλουργίαν §. 4. δεινήν τινα — τὴν ἀβελτερίαν §. 11. ποικίλην τινὰ τὴν διατριβὴν §. 15. Vid. quae ad haec loca adnotata sunt. Τι, intellecto κατὰ, *aliquo modo, quodammodo, aliquid.* συγκαμεῖν δέ τι — καὶ σὲ δεῖ §. 3. Aliquid vero etiam te oportet operae dare. Οἴει γάρ τι δεῖσθαι τῶν πλίνθων τούτων τὸν Πύθιον §. 12. Putasne his lateribus indigere aliqua ratione Pythium? Cf. Sympos. Xenoph. II, 3. Oecon. II, 35.

Τίειν, s. τίνειν, *solvere, pendere.* τίνειν δίκην, vel δίκας §. 3. poenas luere, solvere.

Τορύνη §. 7. varie redditur ab interpretibus. Petr. Mosellan. *uncus hamus.* Bipont. *tudicula.* Itidem Hemsterhus. Nostrates: *eine Kelle.* Nulla harum versionum mihi quidem satisfecit. *Hamus uncus* non convenit loco. Varia enim hamorum sunt genera. Charon autem, quum iocetur, certum quoddam instrumentum in-

telligere credendus, quocum iocose Neptuni tridentem comparet. Et vero hamus ille, cuius ope pisces capiuntur, vix habet, quod vel simile sit tridenti, vel simile efficiat. *Tudicula* autem, quae proprie est minor tudes s. malleus, (Pomp. Festus in Cornu Copiae p. 1222. vs. 1. Perotti Basil. 1526. dicit: Tudites mallei a tundendo dicuntur,) Nicolao Perotto teste p. 422. v. 17. significat instrumentum, quo vasis signa imprimuntur. Unde *tudicula* imprimere, intundere ac sculpere. Videtur igitur tudicula idem fuisse, ac *caelum* s. *scalprum* modo latiori fortassis significatione. Quod quam male aptum sit nostro loco, ostendere iam Scholiastes potest, qui haec habet: Τορύνη· εἶδος ξύλου στρογγύλου· ἤ τι (sic enim recte Hemsterhus. correxit articulum τὸ) σκαμβὸν ξύλον καὶ οὐδέποτε ὀρθόν. Haec si audiamus, videatur τορύνη fuisse *instrumentum aliquod ligneum, rotundum et infra incurvatum*, quo in culinis veteres usi sint ad liquores diversi generis facilius commiscendos. Latinis in eadem re fuit *rudis*, vel *rudicula*. Plin. H. N. XXXIV, 18. Vernacule: *Quirl, Rührlöffel*. Nisi fallor, similitudo vocum: *rudicula* et *tudicula* effecit, ut aberrarent h. l. interpretes. Iam sic vocabulo accepto, sententia Charonis, vel potius Luciani ipsius, commodissima et lepidissima exsistit. Videas sic Neptunum, veluti coquum, linteo praecinctum, tridente, tanquam rudicula, mare funditus miscentem atque conturbantem. In quo simili si quid insit, quod magis Lucianum, quam Charonem, redoleat, id non offendet nisi eos, qui Lucianei ingenii prorsus ignari fuerint.

Τοσοῦτος χρυσὸς §. 12. *tantum auri, tanta auri copia.* Eodem modo explicandum τοσούτῳ κηρῷ ἔβυσαν αὐτὰ §. 21. Ἐν τοσούτῳ §. 14. int. χρόνῳ, *interea.* Vid. L. Bos. Ellips. p. 320. edit. Hal., qui et ex ipso Luciano praeter hunc locum alia huius generis exempla attulit.

Τρίαινα, *tridens*, Neptuni insigne §. 7.

Τριπλοῦς, *triplex* §. 9.

Τρόπαιον, *tropaeum*, victoriae monumentum, in eo ipso

loco factum, ubi hostes devicti essent, exornatumque hostium interfectorum armis §. 24.

Τρύπανον, *terebra* §. 21.

Τρωϊκὸς, *Troicus*, *Troianus* §. 23.

Τύμβος, *tumulus* §. 22. ἔστ' ἄλλαχε τύμβου ibid. qui caret sepulchro.

Τύραννοι, antiquissimis temporibus *reges* dicebantur §. 14. Serius malo sensu occurrit de iis, qui ex arbitrio, atque adeo crudeliter, regnarent. Sic intelligendum vr. §§. 12 et 17.

Τύρβη, *turba* §. 15. e vulgat. lectione.

Τυφλὸς, *caecus* §. 1 et 7.

Τώμυρις, *Tomyris*, *Massagetarum regina*, Cyrum occidit §. 13. De scribendi huius nominis varietate vidend. Hemsterhus. ad h. l.

Υ.

Ὑπεράνω, *superne*, *supra* §. 15.

Ὑπερβολὴ, modi excessio. Ἐς ὑπερβολὴν, *supra modum*, *mirum in modum* §. 6. Dial. Mort. XXVII, 7. 9.

Ὑπερφρονεῖν, omnino *supra modum de se sentire*, *superbire*. Hermot. 13. Cum Genitivo iunctum denotat *despicere* aliquem, *contemnere* aliquem, prae fastu ac superbia §. 13.

Ὑπερφυσᾶσθαι, *supra modum*, *mirifice*, *inflari* §. 19.

Ὑπερφυῶς, *supra modum naturalem*, h. e. *mirum in modum* §. 7.

Ὑπηρέτης, *minister*, *famulus* §. 17.

Ὑπὸ, semper causam *aliquam efficientem* significat, ita tamen, ut varie reddi debeat. Vulgaris praepositionis usus est, ubi iungitur Passivo, e. g. ὑπὸ τούτου φονευθῆναι §. 16. *ab hoc interfici*, vel verbo, quod passivam quandam notionem habet, ut ἀπόλλυσθαι (§. 11.), ἀποθνήσκειν (§. 13.) ὑπό τινος, h. e. *per* aliquem. Vid. haec verba suis locis. Similiter §. 15. Tantalus dicitur πάσχειν τι ὑπὸ τοῦ ὕδατος, *pati aliquid ab aqua*, h. e. aliquid, cuius causa est aqua fugiens, simulatque eam Tantalus captat.

Verti ſaepe etiam poteſt: *prae;* ut §. 3. ὑμεῖς μὲν ὑπ' ἀγνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνην στεῖλαι, *vos prue ignorantia iubetis velum contrahi,* h. e. iubetis hoc fieri, *quoniam* vos harum rerum imperiti eſtis. Atque ſic in reliquis quibuslibet nexibus.

Ὑποδεὴς, *inferior, humilior, imbecillior* §. 15.

Ὑποκαταβαίνειν, *paullo inferius deſcendere* §. 6.

Ὑποπτήσσειν, *prue pavore ſeſe ſubmittere* §. 13. 15. Vid. ad §. 15. adnotata.

Ὑποσκάζειν, *paullulum claudicare* §. 1. Cf. Tim. §. 20.

Ὑποσκελίζειν, verbum proprie gymnaſticum, ſignificans: *ſupplantando proſternere aliquem.* Vid. Gymn. §. 1 et 24. De Morte, antagoniſta invictiſſimo, tropice dicitur in noſtro libello §. 8.

Ὑπόσχεσις, *promiſſum* §. 6.

Ὑποτιθέναι, ἑαυτὸν πράγματί τινι, *ſe ſupponere alicui rei, ſubire, ſuſcipere* §. 4.

Ὑπουργεῖν, *ſubminiſtrare, obſequium praeſtare* §§. 2. 3.

Ὑποχθόνιος, *ſubterraneus, infernus* §. 22.

Ὑπώρεια, *radices montis* §. 5. *imus mons.*

Ὕπωχρος, *ſubpallidus* §. 11.

Ὑστεραῖος, *poſterus.* Ἡ ὑστεραία int. ἡμέρα §. 6.

Ὑφηγεῖσθαι, *praeire,* atque adeo *praemonſtrare* §. 4.

Ὑψηλὸν, int. χωρίον, *altus, editus, locus.* ἀφ' ὑψηλοῦ §. 6. 14. ἐφ' ὑψηλοῦ §. 20. ὑψηλὸν, Adverbial. §. 3.

Φ.

Φαίνεσθαι, *apparere, conſpici* §. 5. Cum Infinitivo §. 11. vel cum Participio §. 12. iunctum vertitur Latine: *manifeſtum eſſe.*

Φάναι, *ſignificare* §. 10.

Φαῦλος. Οὐ φαῦλόν τι §. 3. aliquid non contemnendum.

Φείδεσθαι, *parcere,* eleganter ponitur cum Infinitivo, ita, ut ſignificet fere *ſe continere, ſibi cavere.* Cum particula μὴ in noſtro legitur §. 5. φείδου μὴ κατὰ τοῦ ὀλισθηροῦ πατεῖν, h. e. *contine te, cave tibi,* ne in lubrico pedem ponas. Latini dicunt: *parce pedem in lubrico ponere;*

quemadmodum interpres Bipont. recte reddidit. Sine negandi particula occurrit Eurip. Orest. 393.

— φείδου δ' ὀλιγάκις λέγειν κακά.

quae contra sensum interpres dedit: *parce dicere mala vel raro*, paullo melius explicuit Scholiastes: φείδου δὲ λέγειν, ἀντὶ τοῦ, λέγε τὰ κακὰ ὀλιγάκις. Sententia haec est: contine te, tempera tibi, ita, ut raro mala proloquaris; i. e. noli mala, nisi raro, dicere.

Φέρειν. Ἄγειν καὶ φέρειν §. 15. Vid. s. ἄγειν. Φέρε οὖν, *age igitur!* adhortantis est. Cum prima persona legitur §. 4. Cf. Tim. 45. Mortt. Dial. XX, 3. Vid. Zeun. ad Viger. p. 315.

Φθόη, *tabes* §. 17.

Φθονεῖν τινί τινος κτήματος, invidere alicui aliquod bonum §. 12.

φιλαργυρία, *habendi studium, avaritia* §. 15.

Φιλοθεάμων, *spectandi cupidus* §. 5.

Φιλόμαντις, *vaticiniorum, oraculorum*, amans §. 11.

Φιλοτιμεῖσθαι, *aemulationis, ambitionis causa aliquid facere.* Quod facis hac de causa, id ponitur fere in Participio, veluti φιλοτιμοῦνται ἁμιλλώμενοι, *ambitiose certant, aemulantur* §. 20. Vid. de hoc verbo Dresig. de Verbb. Medd. p. 493 sq.

Φόβος, *timor.* Eius efficacia in animis hominum §. 15. Φόβοι, varia timoris genera §. 18.

Φονεύειν, *necare, occidere* §. 16 et 24.

Φόνος, *caedes, homicidium* §. 11.

Φορά, *gestatio* §. 8.

Φορτίον, *onus* §. 4.

Φρονεῖν μέγα, *magnos spiritus gerere* §. 8.

Φύεσθαι, *nasci, oriri* §. 12.

Φύλλον, *folium* §. 19.

Φυσαλλίς, *bulla aquatilis inflata* §. 19. Cf. Aristoph. Lysistr. 1247.

Φύσημα, *inflatio* §. 19.

Φωκεῖς, *Phocenses*, Phocidis incolae §. 12.

Φωλεός, *lustrum, latibulum* §. 6.

Φῶς, *lux*, synonym. βίος, ἡμέρα §. 1.

X.

χαίνειν, *hiare* §. 15.

χάρυβδις, *Charybdis*, vortex maris in freto Siculo §. 7.

χειμὼν, *hiems*, *tempestas* §. 7.

χεῖρον. Οὐδὲν χεῖρον §. 19. *nihilo peius*.

χρησμὸς, *oraculum*, *responsum* §. 11.

χρίειν, *ungere*, *inungere* §. 22.

χρυσοποιὸς, *aurifex*. Sed vid. notam ad §. 12.

χῶμα, *cumulus*, *agger* §. 22.

χώρα, *locus*. κατὰ χώραν εὐθετεῖν §. 24. *in suo loco disponere*. Sic Clearchus et Proxenus (Xenoph. Anabas. I, 5. extr.), qui iam in eo essent, ut gladiis controversiam dirimerent, Cyri oratione moti, κατὰ χώραν ἔθεντο τὰ ὅπλα, h. e. *loco suo arma reponebant*.

χωρίον, *regio*, *locus* §. 2.

Ψ.

ψεύδεσθαι, *mentiri* §. 4.

ψόφος, *sonitus* §. 16.

ψυχαὶ, *animae mortuorum*, *umbrae* §. 22.

Ω.

Ὧδε, *sic*, *hoc modo* §. 15. Vid. Fischer. Ind. Aesch.

Ὠδὴ, *carmen decantatum*, *canticum*, cantilena §. 7.

Ὠκύμορος, *subito periens*, *subito exitio obnoxius* §. 19. a μόρος verbi μείρω. Homer. Iliad. I, 417.

Ὦμος, *humerus* §. 1. 8 et 11.

Ὥρα ἐστὶ, *tempus est*, h. e. *iuvat*, vel *opus est*, id agendum est, ut facias aliquid §. 2. Ganymedes Deor. Dial. IV, 5. Iovi haec dicit: ὥρα δή σοι, εἰ διὰ τοῦτο, ὡς φῄς, ἀνήρπασάς με, καταθεῖναι αὖθις ἐς τὴν γῆν, h. e. id iam tibi agendum est, si ob hanc, quam dicis, causam me rapuisti, ut me rursus in terra deponas. Cf. Deor. Dial. XX, 5. 9 et 11.

Ὡς, *ut*, *qua ratione*, cum Coniunctivo. Vid. ad verba ὡς ἴδῃς §. 2. adnotata. — Cum Infinitivo pro ὥστε, ὡς μηδ' ἂν τρυπάνῳ ἔτι διανοιχθῆναι αὐτοῖς τὰ ὦτα §. 21. ita, ut ne terebra quidem amplius aures eorum aperiri queant. ὡς δέκα ὅλων ἐτῶν μηδὲ νεωλκῆσαι, μηδὲ etc. §. 23. ita, ut per

decem integros annos nec subducere naviculam possem, nec etc. — Cum absoluto Infinitivo ὡς γοῦν εἰκάσαι §. 22. quemadmodum certe coniicio. Zeunius ad Viger. p. 1105. 6., locum ex Herodoto similem laudans, subintelligit ἔξεστιν. — Cum Participio nonnumquam quippe, καὶ δείξεις ἅπαντα, ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα §. 4 quippe qui cuncta noris (Plat. Gorg. c. 54. ὡς ὄντος φίλου, quippe quum amicus sis meus) ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων, ὡς ἂν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀλγεινότερον καταπεσούμενοι §. 14. Interim attollantur, quippe de altiori loco gravius decisuri. — Eleganter ὡς in comparationibus ponitur; τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμὲ §. 7. caecus Lynceus ille est, prae me, mecum si comparem. Hermot. §. 13. παῖδας εὖ ἴσθι οἴησῃ ἅπαντας, ὡς πρὸς σὲ, bene scito te pro pueris habiturum cunctos, tecum si conferantur. Vid. Hoogeveen. ad Viger. p. 666. edit. Herm., eundemque in Doctr. de partt. p. 762. edit. Schütz. — Interdum particula ὡς pro ἐπεὶ posita, reddi potest: nam. Quod qui fieri possit, probabiliter explicatum legas ap. Hoogeveen. de partt. p. 771. ὡς ἢν με σὺ ἀφῇς οὐδὲν τῶν τυφλῶν διοίσω §. 1. Male hic omissum est ὡς ab interpretibus. Verte: *Nam, si me reliqueris, nihil ego a caecis differam.*

Ὥστε, cum Indicativo: *itaque*, ὥστε οὐ πάνυ σπουδάζεται ὑπ' αὐτῶν §. 11. Itaque non valde colitur ab iis. — Cum Imperativo, vel Modo Imperativi simili, incitantis est, et impellentis: *age itaque*, *age igitur*, ὥστε σὺ τὸ ἐπὶ τούτῳ προσδίδασκέ με §. 7 *age igitur tu me hoc insuper doce*; si lectio προσδίδασκε vera est, ὥστε ἀναμοχλεύωμεν τὴν Ὄσσαν πρῶτον §. 4. *age itaque Ossam submoveamus.*

Ὠφελεῖν τινα *utilem esse, prodesse*, alicui. Pass. ὠφελεῖσθαι, *utilitatem, commodum, percipere* ex aliqua re. Οὐκ ἂν οἴει μέγα ὠφεληθῆναι τὸν βίον etc. §. 20. Vid. ibi notam.

Ὠχρὸς, *pallidus* §. 11.

Errata in verbis.

Pag. 2. not. l. 10. *inviti*. l. 20. *Guyet*. p. 4. not. l. 2. *Brodaei*. p. 6. καὶ pro κᾶτα not. l. 2. dele punctum poſt *queritur*. p. 7. not. l. 7. *paullo poſt*. p. 8. not. l. 4. *Xenophote*. l. 18. *eſſe*, *et totum*. p. 9. not. l. 9. τις αὐτὸν. p. 10. l. 2. ὑψηλότερος. l. 19. ὑψηλοτέρου. p. 11. l. 12. ῥᾳδίως. p. 12. not. l. 2. Διονυσίοις. l. 4. *primus*. l. 20. *referretur*. p. 13. l. 19. συγκαταῤῥιφθέντες. p. 15. l. 15. poſt γραφαῖς pone comma. p. 18. not. l. 26. *octavam*. l. 27. *loco*. p. 20. not. l. 20. *vomuiſſe*. p. 23. l. 3. poſt οὖν pone; et poſt εἰηθῶμεν dele comma. p. 24. l. 7. dele punctum poſt οὐχ. p. 26. not. l. 11. *ſequentis ſententiae*. p. 33. penult. l. *ſuperbia*. p. 35. not. l. 12. *additamento*. p. 36. not. l. 3. *poterat*. l. 20. *Neronem*. p. 40. l. penult. *detegas*. p. 41. l. 11. not. *plena*. p. 49. l. 4. ὑπὲρ γῆς. l. ead. ἔζων. p. 50. not. l. 14. *geben*. p. 53. not. l. 14. poſt *coniectura* dele comma. p. 56. l. 3. poſt οὖν pone comma. p. 61. not. l. 18. *advolantes*. l. 20. ὦ πορθμεῦ· τί ταῦτα. p. 64. l. 3. poſt ἐστι pone ſemicolon. l. 8. ἀμενηνὰ. p. 68. not. l. 4. poſt *ſaepius* pone comma. p. 70. not. l. penult. *inelegantioris*. p. 71. l. 10. καὶ κατὰ ἀναδ. p. 74. l. 3. Στάδιον. p. 77. l. 19. εἰρήνην. p. 83. l. 26. πρὸς δ. p. 86. l. 11. ἐπικλωθούσας. p. 88. l. 6. κυάμου. p. 93. l. 11. Σκύλλη. p. 94. l. 28. *affigat*. l. antepenult. βιώσεσθε. p. 105. l. 25. ἔνδοξος. p. 108. l. 18. id, *quod*. p. 121. l. 1. *Iudic*. l. 7. Μυκήνας. p. 127. l. 20. αἴσιόν τινα. l. penult. *aeque*.

Errata in notis verborum.

P. 4. l. 9. σκότῳ. p. 5. not. l. 20. ἀποδράντα. p. 6. not. l. 16. τούτῳ. p. 7. not. l. 1. ἐκείνῳ. p. 8. l. 5. ὅρος. p. 9. l. 12. τί. p. 10. l. 11. τῷ. p. 11. penult. εἰδότι. p. 12. not. l. 3. φιλῆν. p. 14. not. l. 5. ἕως. p. 22. l. penult. καταπαλαισθεὶς. p. 24. not. l. 6. ἀλλ'. p. 28. l. 5. εἵλκυσαν. p. 29. not. l. 5. εὐδαιμόνων. p. 30. not. l. 6. σκέψασθε. p. 31. l. 1. not. ὅτι. p. 34. l. 12. σίδηρος. p. 39. l. 6. not. ἐσθῆτα. p. 40. l. 3. οὗτος. p. 44. l. 7. αἱ. l. 9. αἰωρουμέναι. not. l. 6. ἔγγεια. p. 45. l. 1. ἂν. l. 48. l. 10. αὐτοῦ. p. 49. l. 1. θνητοί. p. 55. l. 4. εἶτα. l. 5. ἐξεῤῥάγησάν. p. 56. l. 1. αὐτοὺς. l. 2. ἥκειν. p. 77. l. penult. ἕλκων. p. 95. l. 15. παρ' ὑμᾶς. p. 111. l. 22. ἐῶα. p. 126. l. 32. h. e. τί.